Manoscritti
Conventi
G
1
646
III.
C
14.

N° 646. G. 1.

2/53

Reuerendissimi in xpo patris et dni dni Bar
tolomei delapacciis predicatorum ordinis coron. dignissi
mi epi teologieque monarce: nec
non hebraycas grecasque licteris viri
peritissimi: ac etiam ciuis floren. ec
c. De sanguinis pretiosissimi cru
cifixi diuinitate, ad Sanctissimum pp. 4^3
Eugenium Libellus incipit: Et primo
namque prohemialis epistola ad eundem. Capitulum primum:

Controuersia
de xpi diuini
ssimo sanguine,
pro nobis in cruce
effuso inter
seruos dei nu
per exorta non modicam anxieta
tem prestat Sancte matri ecclesie ut pote
ex qua periculum imminet xpiano populo
formidandum: qui solo dni yhu xpi
pretiosissimo sanguine, se se confidit amor
te esse redemptum: Que sane si con
tempnere incipiat, qui a diuinitate
relictum atque abiectum, nulla quoque
inde utilitatem se consecutum esse ad
discet credere: Cui certe non negli
gendo discrimini, iam diu propheta S.
obuians per os dauid, ex persona filii dei
crucifixi ait: Que utilitas in san
guine meo dum descendo in corruptionem:
Huic uero quod communiter imminet dampno mo
tua pontificali prouidentia beatissime
pater succurrere, solita pietate festi
nans, ad certum diem theologos con
uenire iussisti, super huiusmodi questione in
structos: Quatenus ueritatem compertam,
apostolica auctoritate corroborans,
pacem populo xpiano concedas: Ut ue
illam acquiras beatitudinem quam
promisit dei filius ubi ait: Beati pa
cifici, quoniam uocabuntur filii dei: Interi
uero a quibusdam mee professionis fratri
bus astrictus, quorundam, uel quodam
quasi preludium futuri certaminis per
gimnasmatum more confeci, tueque be
atitudini dedicaui: Quod etsi ru
ditate sermonis eidem forte apud quem
fons eloquentie situs est fastidium ge
nerare ydoneum sit: Verum ipsius rei
nouitas atque necessitas faciale efficiet
ut clementer perlegas, et diligenter atten
das: meumque studiolum forte pro tua be
nignitate commendes: Confido autem
quod quicquid hic assertum catholicum sit:
At non meum iudicium hic tantum,
sed tuum efflagito: ut quod bene asserit,
pie acceptum habeat Sanctitas tua. Et
si quid forte secus quod absit, tam omni
rursus pietate emendet, quia pius
es: hoc enim et alia cuncta mea dicta
et scripta semper Sancte romane ecclesie deter
minationi Submicto:

Dicendorum ordo: et quod sanguis ad
humane nature ueritatem pertinet
Capitulum 2m.

Mss

Quadripartita mihi nempe
uidetur circa rem istam serio
se ac breuiter explicandam
necessaria consideratio, penes quadr-
uplicem ueritatem quam intendo asserere:
Qua absoluta obiectiones quoque sique
mihi occurrere poterunt inducam et sol-
uam: ¶ Prima quippe ueritas
est, quod sanguis ad ueritatem et integri-
tatem pertinet humane nature: ¶ 2a
uero: quod quicquid ad ueritatem et integritatem
humane nature pertinebat in Christo as-
sumptum est a uerbo dei ad ypostati-
cam unionem: ¶ 3a illa est quod nihil
a uerbo dei assumptum pro se in Christo ad
ypostaticam unionem ab eo derelictum
est, et ab aliis partibus separatum: ¶ 4a
manifestissime sequitur ex premissis, quod
uidelicet sanguis Christi pretiosissimus pro
salute mundi effusus in cruce, et a cor-
pore separatus, non est a uerbi diuini-
tate derelictus, sed semper et ubique man-
sit, et manet ei ypostatice unitus:
Capitulum: ¶ Harum uero prima nobis mani-
festissime apparet, Sacra scriptura,
lex canonica: theologorum quoque ac
philosophorum traditio: Scriptum namque
est Leuitici xvii non semel, sed pluri-
es, Anima omnis carnis in sanguine est:
ubi augustinus ait: Aliquid uitale est in
sanguine: quia per ipsum maxime in hac
carne uiuitur: qui per omnes diffundi-
tur uenas: Ecclesia uero sancta habet
extra de cele. mis. in quadam nostra post
alia multa sic: Cum autem ad compo-
sitionem humani corporis quatuor elemen-
ta conueniant: et ad uegetationem humani
corporis quatuor humores similes illis
conueniant: uidelicet sanguis: colera: fleg-
ma: et melancolia, ut ueritatem hu-
mani corporis expressius demonstra-
ret, unum ex illis, et unum ex istis, Joha-
nes expressit cum sic dicat: Continuo
exiuit sanguis et aqua, dum unus mili-
tum latus Christi lancea in cruce penden-
tis aperuit: ¶ Hic non est silentio
transeundum, quod tractare potest cuiquam mo-
uere animum adhuc similiter questio: cum
decretalis illa ueritatem humani corporis
astruat, per aquam et sanguinem: aqua ergo
illa ad ueritatem humani corporis pertine-
bat, quam ueram et elementalem asser-
it, et omnino reprobat, dicentes fuisse fle-
gma: Nullibi autem reperitur, quod aqua
elementaris ad integritatem pertineat
humani corporis: seu humane nature:
Capitulum: ¶ Ad quod dicendum, quod siquis
bene inspiciat decretalis uerba, intel-
liget aquam illam, de partibus corporis Christi
miraculose factam expressam esse: et
sic non minus, ymo amplius quam sangui-
nem, si dici potest, ad ueritatem sui cor-
poris pertinuisse: Nec obstat quod ibi-
dem dicat decretalis, uel denouo crea-
ta: quia quantum ad ueritatem aque
attinet, sufficiat quod sit denouo crea-
ta: quantum uero ad ueritatem humani
corporis requiritur dicat uel ex aqua
parte corporis resoluta: et huic precipue
dicendi modo decretalis innititur:
Capitulum: ¶ Ad assertionem autem eiusdem
ueritatis, quod sanguis ad ueritatem hu-
mani corporis uel humane nature per-
tineat, facit S. tho. de aquino. iiij. sententiarum
di. xliiij. ubi dicit, quod sicut se habent ele-
menta ad corpora mixta. Ita se habent
humores ad membra: Et per hoc sicut
elementa in partibus uniuersis habent for-
mas determinatas, ratione quarum
sunt de perfectione uniuersi, sicut et corpora
mixta, Ita et humores sunt de perfectio-
ne corporis humani sicut et alie partes.
Aristoteles ~~[illegible]~~ uero in iij. li. de animalibus dicit: San-
guis est ista dispositio quod sit communis omni-
bus animalibus habentibus sanguinem, et est
necessarius et naturalis: Et rursus
ibidem, nulla humiditas est uniuer-
salis corpori, preter sanguinem, qui non
preest in corpore dum uiuit: et experien-
tia docet, quod sine sanguine non potest
plus uiuere quam sine capite, uel sine cor-
de: Unde ueritas prima notissima rema-
net, adeo ut sanguis ita sit de essen-
tia humani corporis, sicut et carnes et ossa
et quecunque consistentie humani cor-
poris magis intrinseca, per que diffinire-
tur, si oporteret physice diffiniri: Johannes
enim damascenus, qui tam inter theolo-
gos quam inter philosophos rutilat in ij. li. sua-
rum sententiarum c. xvij. Ita inquit: Fructus
igitur ex elementis consistunt: humo-
res uero ex fructibus: Animalium uero
corpora ex humoribus et in eadem
resoluuntur: Omne enim compositum in
eadem resoluitur ex quibus compositum
est: Vocat autem fructus in hoc loco
quecunque conferunt ad animalium alimen-

tationem: Ex hiis et aliis innumerabilibus que
breuitatis causa obmitto, prima uer-
itas nota est: que etiam apud uulgares
nil difficultatis habere uidetur: —

¶ Quod quicquid in Christo pertinebat ad hu-
mane nature ueritatem fuit assump-
tum a uerbo ad ypostaticam unionem
Capitulum tertium: —

Secunda uero ut reor non minus
confessa est apud theologos,
quam sit apud omnes prima, que iam exa-
rata est: Nullum namque theologorum
negaturum arbitror, quod quicquid ad uer-
itatem et integritatem humane natu-
re pertinebat in Christo, assumptum est
a uerbo dei in ypostaticam unionem:
ymo S. tho. in 3. parte expresse dicit,
quod oppositum est contra rationem incarnationis.
Capitulum. ¶ Triplex namque accidit circa
assumptionem hanc sacratissimam ymma-
ginatio, non alia dabitur ut ego reor:
Aut enim omnia idest omnes partes naturam
humanam integrantes: aut nullam:
aut aliis obmissis alias uerbum dei
caro factum assumpsit: Et siquidem
primum detur, propositum absolutum est,
et nullo deinceps certamine indigens,
nisi ut concludatur ex addictione prime
ueritatis perfectus sylogismus huiusmo-
di: ¶ Quicquid pertinebat ad uer-
itatem humane nature in Christo a uer-
bo dei assumptum est in ypostaticam
unionem: Sanguis pertinebat: Igitur
ita assumptus est: Quod siquis uellet

com. fides.

ct.ᵐ xpi. in aliquo individuo naz assumpserit humana:

platonica.

Supˣ. intell'ta nãe cõis.

materia naz regt.

ab eterno dey filius nõ fuit homo :~

nos fatigare cũ secundaz / ꝛ dicẽ q᷑ uer
buz dey assumpsit naturã huma
naz in cõi / ꝛ non in aliquo indiui
duo / quia nõ uni / ſʒ cõiter oium
xpius aduenit saluator : Et sic p
se hoiez / qui ſm platonicos / ſepatus
ꝛ cõis est omĩb; particularib; hoĩb;
assumere debuit : ¶ habz con
se statz . Jo. damasc. dicentez in . 3º.
li. Dey ũbuz incarnatũz / neq: eã
que nuda ꝯtemplatione ꝯsideratũ
naturaz assumpsit : Non . n . incar
natio hec / ſʒ deceptio ꝛ fictio quedã
incarnationis : cuiꝰ declaratione
hoc mõ accipere possumꝰ : Non . n .
aliud q̃: duob; modis intelligi potest
natura sic cõis : Vno quidez modo
q̃ ꝑse ipãm ſbsistens preter mater
iam / sicut platonici posuerunt :
Alio mõ sicut in solo intellectu exis
tens diuino seu humano : Primꝰ
modus est impossibilis . ut aꝛ. do
cet . vij.º meth.ᶜ Quia ad naturã
ſpẽi rerꝫ sensibiliuz / ptinet mã sen
sibilis / que ponit in eius diffinitionẽ
sicut carnes ꝛ ossa in diffinitione hoĩs :
Vñ nõ posset esse humana natura /
ꝛ nõ habẽ ptes istas sensibiles : Simi
le . n . est h' puro figmẽto : Secundus
aũt modus / uerus est / ſʒ nõ est assũ
ptibilis a uerbo natura humana .
sic : Naz ut est in intellectu diuino /
nil aliud est q̃: ipẽ deus : ꝛ sic cãz ab
eterno sit in eo / ab eterno filius dey
fuisset homo / qd' est impiuz : Neq:

ut est in intellectu humano : quia
hoc nil aliud esset q̃: q᷑ ũbuz dei in
telligit' assumpsisse humanaz nãz /
quaz si uere non assumpsisset / eẽt
intellectus falsus / ꝛ pura fictio : ut
asserit . damascenꝰ . ¶ Tertiuz
uõ q᷑ aliis obmissis alias quasdaz p
tes humane nature ũbuz dey in ypo
staticã assumpserit unionez / non
minꝰ aliis dictis figmentũz est : nã
ea rõne qua diceret' ex . grã . ceter
a omĩa assumpsisse preter sangui
nez / diceret alius / ymo n' et cor as
sumpsit : alius uõ / n' cerebruz : et
sic ſbdubio positis partib; singulis / to
tuz quoq: incarnatiõis misteriuz / e
uacuabitur : ¶ Rursus igit' re
dit ueritas ꝯprobata / q᷑ omĩa que
ptinebant ad ueritatez . ꝛ integrita
tez humane nẽ in . xpõ ũbuz dey as
sumpsit in ypostaticaz unionẽ : Sʒ
ne de uocabulo ypostatice remane
at dubiũ / id breuit' noto : Qz ypos
tasis in reb; rõne utentib; / idez est
q᷑ persona : unde ypostatica : persona
lis dicit' in proposito nr̃o : Et yposta
ses in diuinis . tres persone dicuntur :
Cur aũt ypostaticaz potius dixi u
nionẽ / q̃: ꝑsonalez / ea ratio est : qꝛ
ptes humane nẽ personas nuncupa
re nõ ꝯsueuimꝰ : unde qꝛ ypostasis cõi
or est q̃: persona / difficultatꝫ admo
uende grã . qd' cõius est libentiꝰ ac
decentius posui : ¶ Concludat
gº . Jo . damascenꝰ . in hac . rª . ueritate /

sicut fecit in pma . in li . 3º . ita inquiens .
omĩ aũt . i . toti humane nature aĩmꝰ
unitũz esse / omẽz . i . totaz diuinita
tis ſbam : in nullo . n . eorꝫ que plan
tauit in nr̃a natura dicamꝰ uerbũ
ab initio plasmans nos defecisse : Sʒ
omĩa assumpsisse corpus : aĩaz intel
lectualez ꝛ rõnalez / ꝛ horꝫ ydioma
ta . i . ꝓprietates : totus . n . totuz assump
sit me / ꝛ totus toti unitus est mihi :
ut toti mihi salutez gratificet : Qd'
. n . inassumptuz est / nõ curabile : et
rursus post alia ita determinat :
Totuz . n . hoiez / ꝛ omĩa que hoĩs sũt
assumpsit / pter peccatuz : q̃r ecꝰ .
Quid amplius ad hanc ueritatẽ
luce clariꝰ comprobandã dici aut
excogitari possit / nõ inuenio : Vñ
manifeste infertur / ꝛ absq: dubio
ullo catholice sentientes omẽs affir
mant / Sanguinẽ quoq: qui ad uer
itatez ꝛ integritatez humane nẽ
in xp̃o ptinuit unitũz fuisse ũbo
dey / sicut ꝛ caput et cor / ꝛ quãcũ
q̃: aliam partez ad ypostaticam /
unionez : Nec obstat q᷑ xpꝰ . dicat'
omĩ incomuni saluator . Non . n .
sic est cõis / sicut ſpẽs / aut genꝰ : qua
lis cõitas ideo omẽs ambit / qꝛ nullꝫ
tangit : ſʒ sic dicit' esse cõis saluator /
quia cõis ipẽ est causa salutꝫ : quẽ
admõᵐ sol cõis est causa ꝯnationis
aĩaliuz / ꝛ plantarꝫ / non p abstrac
tionez rõnis / ſʒ p ueraꝫ rey causalita
tez / que illa singularia tangit / qb;

Quedã cõitas / que omẽs ambit : ꝛ nullũ
tangit :~

Qz sol cõis causa est ꝯnationis / aĩaliuz /
et plantarꝫ :~

singularit' applicatur : Sic ꝛ xpi illorꝫ
omĩuz est saluator qui ei p fidez et
sacramenta particulariter uniun
tur : Est igitur eius sufficientia
quidem uniuersalis : Sʒ efficacia sin
gularis : etꝫ :~

¶ Qz nihil a uerbo ꝑse assumptum /
ad ypostaticaz unionez / fuit umq̃:
ab eo depositũz / etiã ab aliis partib;
separatũz : Capᵐ. iiijᵐ. :~

Premissis iuxˣ. ꝯgruũ doc
trine ordinez / hiis que inde
bantur facilioris expeditionis : Ad
gredior tertiaz ueritatez / que et
difficilior est : ꝛ pondus totius nego
tii ptinis : Qz uidelicet a uerbo ꝑ
se assumptũz nihil / in xpõ ad yposta
ticam unionẽ / ab eo derelictuz est /
etĩ ab aliis partib; separatũz : ꝛ de
aĩa quidez ꝛ corpe nos cogit symbo
luz fidey confiteri : ¶ Dicimus . n .
filiuz dey mortuũ ꝛ sepultuz ꝛ desce
disse ad inferos : Certe mortuus et
sepultus est ſm carnez : descendit
aũt ad inferos ſm animaz : Caro
itaq: ab aĩa separata ꝯiuncta erat
diuinitati : Simulit' et aĩa separata
a carne : quod maĩfeste asserit . Jo.
damascenꝰ . in Sumãrĩ . li . 3 . quas
Dz . colligit ex omĩ ꝛ maxime potissi
morꝫ orientalis ecc'. sanctorꝫ trac
dictionib; : dicit . n . et si mortuus in
q̃: ut homo : ꝛ sancta eiꝰ aĩa ab inco

Qz caro xpi ab aĩa sepa
ꝛ aĩa a carne / erat diui
nitati coniuncta :~

deitas corpi inerat ab aia et sepato : ~

terminato, diuisa est corpore : Sz dei
tas inseperabilis abutrisq: pmansit
ab aia dico 7 corpore : 7 neq: ista una
yposthasis, in duas yposthases diuisa
est : Et corpus .n. et aia sm idem
ex principio inuerbi yposthasi habuer
unt existentiaz : et in morte ase in
uicem diuisa : Singuluz eor̄ man
sit, unā yposthasim verbi habens : qz
uerbi yposthasis, verbi 7 aie 7 corporis ex
istit yposthasis : nunq: eiz neq: corpꝰ
neq: aia ppriam habuerūt yposta
sim : Vna .n. semp uerbi yposthasis,
et nunq: due : quia semp yposthasis
xpi. Et si .n. localr aia acorpe sep
ata, sz yposthatice puerbuz unita fu
it : Nullaz .n. partiuz nature depo
suit eor̄ : Istaz damasceni auctoritē
ita extense posui, quia inde maife
stuz trahitur argumentuz : q nō
soluz aia 7 corpus, sz et queatunq:
alie ptes nature seperate ponunt
ab inuicem, necesse est q uni diuino
supposito semp unite pmanserint
eēꝫ : ¶ hoc mō intellexit damas
cenꝫ. S. tho. in suis quolibet. in q̄o
V. dicit : Vbuz dey nunq: deposuit
qd in nr̄e nā assumpsit, ptibꝫ hu
mane nature ab inuicez inpassionē
sepatis : Et rō maifestissima suffra
gatur huic ueritati, qm̄uis damas
cenꝫ nō specificet, ni de aia et corpe :
quod oz idem sentire dequalibz alia
parte, aduerītatez humane natu
re ptinente : dic .n. damascenꝫ. q
licet ptes fuerint diuise, tn̄ yposta

sis semp mansit eadez : Si aūt ali
qua talis pars fuisset sepata acor
pore, 7 non remansisset ūbo uni
ta : ūbo aūt oportuisset aliaz ha
bere yposthasim, 7 sic nō semp fuiss
una yposthasis xpi, ut damascenꝫ.
asserit : et si caput xpi. exempli
gr̄a. fuisset abscisuz oporteret q
una fuisset yposthasis capitis 7 tru
ci : 7 p ꝯns utriq: pars remansis
set unita yposthasi uerbi dey :
Alioqn illa pars que fuisset ab ypo
sthasi diuina deposita, mutasset
yposthasim : 7 sic prularitas ypos
tasem sequeretur : Quod q: sit
inqueniens, apud xpianaz pieta
tez, sb alteriꝫ capli anotatione fa
cillime arbitror concludendū :

¶ Eiusdez ueritatis amplior
assertio : Cap.m V.m eēꝫ.

PReapue uō id pensandū
occurrit, ex ipius saluti
fere incarnationis exordio : ne
q: eiz ūbū dey uniuit sibi abini
tio humanaz psonaz : neq: crea
ta fuit aia prius q: uerbo unita :
nec simile prius caro formata q:
dey uerbo coniuncta : De pmo. et
ultimo hor̄ extat auctas. augꝫ.
in. li. de fide. ad petrū dicentꝫ.
Firmissime tene, 7 nullatenus du
bites carnē xpi. nō fuisse conceptaz
inutero uginis prius q: susciperet
auerbo : ¶ Et rursus ibidez : deꝫ

naturā homis assumpsit, nō pson
am : Secunduz uō et tertiuz siml
damascenꝫ. actestat. li. iij. dicens.
Simul dey uerbuz caro : Siml aia
ta caro, aia rōnali 7 intellectua
li : omī aūt hor̄ est una ratio :
quia uidelz sequeret, aut destru
ctio entiuz : aut prularitas ypos
tasuz : Discernamꝫ aūt psingula
eēꝫ : ¶ Si prius fuisset psona hu
mana ꝯstituta inutero uirginis,
7 postea auerbo assumpta : opor
teret alter̄ duor̄ dari .s. aut
q persona illa sit destructa, atq:
corrupta : aut si mansit, due pso
ne sint in. xpō. s. humana atq: di
uina : Pmuz nō decet diuinam
bonitatez, quia assumebat huma
nitatez, ut eam repararet, nō ut
destrueret : et pterea si pdebat su
am psonalitatez, seu yposthasim, p
debat suaz existentiaz, 7 sic non
erat illa, que inutero uginis cō
cepta erat, sz alia : Mutata ypos
tasi, mutat esse rey, et sic fit entiū
destructio : Si aūt ne hoc fieret, ma
neret quod prius, tūc due psone seu
yposthases st in xpō, quod est nestor
iane impietatꝫ : Simil̄r si aia prius
erat creata, q: assumpta, g° prius ha
buit ppriam yposthasim eaz ꝯsequen
tem sm nāz aie : Aut g° illaz pdi
dit, 7 sic non est illa aia, que prius,
7 hoc arguet indeo crudelitatem :
aut retinet : 7 sic duas xpꝫ habet
yposthases : Idem q: omia concludet

de carne rō maifesta : Naz ipā si p
ius erat caro ꝯstituta, q: auerbo as
sumpta, ppriam habuisset subsistenti
am que ei conueniebat inq̄tuz ca
ro, quā si admisisset, nō esset illa
caro, 7 destruere uenisset mūdi
instaurator : Si uō eam retinuis
set, prularitas yposthasiuz in xpō
esset : inquo semp una yposthasis
fuit ut fides asserit : ¶ Hiis
ita de exordio xpi in mundo pre li
batis, applicemꝫ ad exitū eiꝫ demū
do, similes rōnes ut dicamus : Si,
aia sepata acorpore, fuisset etiaz
auerbo yposthasi sepata, tūc opor
tuisset eam aliaz habē yposthasim
7 p ꝯns aliud esse, 7 sic non erat am
plius aia xpi : Quod longe ma
ioris fuisset crudelitatꝫ, q: si ab
initio eaz ppia expoliasset yposta
si : ut suaz ei preberet : Illud .n. fui
sset terminatū ad melius : hoc ad
deterius : Vn̄ phus dicit : Qn̄ cum
ex aere fit ignis, est sm qd corrup
tio : simplicr̄ aūt gn̄atio, qz muta
tur in melius : Cuz uō exigne fit
aer, est corruptio simpliciter, licet
sit sm aliquid gn̄atio : quia indetiꝫ
transit : Cuz uō in resurrectione
uerbuz resumpsit aiaz. Iam alia
hūitez yposthasim : aut destruxit
illam, 7 sic rursus reuertitur des
tructio entiuz : aut seruat eaz : 7
sic nūc habet duas yposthases : qd
damascenꝫ. 7 catholica fides omio
abhorrent : Idem decorpore, et de

quacūq: parte quā ſepatā uellem⁹
ymaginari, que ad integritatem
illi⁹ corpis ptinebat: ¶ Eſt
aūt magis horrendū hanc ypoſ
taſem mutatione inducere in xpi
exitu, q: in xpi exordio: ꝑ̄ tria
colligenda ex dictis: pmo ꝑ̄ maio
rē crudelitatē ut oñſū eſt: Se
cundo quia nō remanet illa pars
aut aīa xpi: aut corpus xpi: aut
ſanguis xpi: aut caput xpi, ſi ſep
araretur: aut pes xpi: aut manus
xpi: q(uo)d mutaret ypoſtaſiȝ .i. ſbſi
ſtentiā: Tertio q(uo)d ludicrū opus
attribueret eterne ſapientie: 7 lo
cutatori ſimile: duȝ tam ſerioſam
7 abeterno p mundi repatione ex
cogitatā creatoris 7 creature diui
niſſimā unionē: 7 aliqñ ſoluendā
pficeret: 7 rurſus refaciendā aliqñ
ſoluet: Cū itaq: ſeuſtra fiat p plu
ra, qd eque brī pōt fieri p pauci
ora: ¶ Veritatē hāc ut catholicā
ingeſſe teneo, q nihil in xpo aſſū
ptū a uerbo dei ad ypoſtaticā uni
onē fuit abeo derelictū: et aba
lys partib(us) ſepatū: dico pſe: cui⁹
rōnē in fine opis reddā: ~

¶ Q(uo)d ſanguis ita aſſumptus in xpo
nunq: fuit a uerbo relictus: ſȝ ubiq:
7 ſemp manſit: 7 manet ypoſtatice
ei unitus: Caplm .vj^m.

Iam poſſet pro euidenti re
linqui ueritas quarta, qua
probat promptiſſim⁹ ſilogiſm⁹ cū omi
finalitate decurrens: Nam ſi nihil
eſt relictū a uerbo quod fuit aſſū
ptū: licet poſtea fuerit ab alys pti
bus ſepatum, ut p tertiā ueritatē
oſtenſū eſt: 7 ſanguis in xpo fuit
aſſumptus a uerbo: igit̃ pro nob(is)
in cruce effuſus nō eſt a uerbo re
lictus: ¶ Verū libet 7 ꝑ̄pis qui
buſdā aſſertionib(us) hāc materiā
dilatare: ut ſopiatur, ſi poſſibile eſt iur
giū ſeruorum dei nuper exortū:
eorū. Et pmo illud eſſe uł eſt remo
uendū impedimentū qd obicere qdā
poſſent: hoc ſcīa non eſſe aſtruen
duȝ: quia neq: ex fidei ſimbolo: neq:
ex ſanctorum traditionib(us) cſtat:
Quib(us) prothin⁹ reſpondetur: Medi
ce cura te ipm: tuo namq: mucro
ne teferis: ¶ Vbi .n. habes tu
traditū, q uerbū dei ſanguinē
p nob(is) in cruce effuſū dereliquerit,
7 a ſuo cſortio deſtructum diuiſerit.
Longe namq: ueriſimili⁹ eſt in
eodē ſtatu cſeruaſſe, inque ab exor
dio cſtituerit ſuū ſanguinē pretio
ſum, q: ſic deſpexiſſe: niſi alia rō
magis cogat, que hucuſq: nequaq:
apparere potuit ¶ Cum aūt ſucceſ
ſione tempor(um) multa fuerint de
clarata ꝑ̄ emergentes cōtrouerſias,
que in hys que tradita erant cline
bantur, ſicut de proceſſu ſpūs ſancti a
prē 7 filio: 7 quedā talia ſic: et hi
ter illa: Nam quia nō erat exorta
queſtio apud antiquos de hoc, inſpe
tiali: ideo nō interſeruerūt ſuis di
ctis explicite: neq: cogitare .n. potue
runt talē queſtionē ullo tempo
re ortū habiturā, cui nullū ſu
ffragatur adminiculū rōnis:
Verū ex dictis eorum ſatis deducitur
7 hoc fuiſſe de eorum mente: Si ei⁹ de
claratio ab eis fuiſſet exacta: Su
ffragantur etiā plurime rōnes ad
hoc idem 7 modernorum doctorum
expſſe ſententie: Sic igit̃ tres par
tes habebit ei⁹ inueſtigatio pn̄s,
quib(us) ſingula diſtinguem⁹ capla
eorū: ¶ Prima inducet auctes
antiquas: ¶ 2ª. proprias ra
tiones: ¶ 3ª modernos theolo
gos: ¶ Quo ad pm occurrit
auctas bti petri apoli, ita dicentis
in .p.c. ſue .pe. eple. Scientes q nō
corruptibilib(us) auro 7 argento re
dempti eſtis a uana urā cuerſa
tione paterne traditionis, ſȝ p̃
tioſo ſanguie q(ua)ſi agni incontami
nati 7 immaculati xpi. Quam
auctatē inducit Leo ꝑ̄ª ſcribe
ns ad flauianū epm .cōn. euti
cem dicens: Audiat btūs petrum
pdicantem quod ſanctificatio ſpi
ritus p aſperſionē fiat ſanguis
xpi: ¶ Ex textu igit̃ aplico: et
.glo. leonis trahitur q ſanguis
xpi effuſus, nō fuit a deitate de
poſitus: triplici arg^to. Primo quia
aplus differentiā pretendit int̃
aurum 7 argentū ex una pte: et
ſanguinē xpi ex alia: p hoc q
aurum 7 argentū uocat corruptibilia:
Vn ſanguinē xpi incorruptibilē
aſſerit: Patet aūt ex ante dictis
q ſi fuiſſet derelictus a diuinitate,
fuiſſet corruptus, multo magis q:
ſi fuiſſet a diuinitate aſſumptus,
poſtq: habuiſſet ppriam ypoſtaſiȝ
in utero matris: ¶ P hoc igit̃
q aplus incorruptibilē dicat ſan
guinē xpi. implicite eū aſſerit
nō a diuinitate depoſitus: 2º. q(ui)a
dicat eū ſanguinē xpi: ¶ Cla
rum eſt aūt ex pbatis q ſi fui
ſſet derelictus a uerbo dei, non
fuiſſet in illo triduo ſanguis xpi.
Sȝ oīo alius ſanguis, eo q perdidiſ
ſet propriū eſſe ut iam extitit de
claratū: 3º quia purus ſanguis
humanus q(ua)ntumcūq: ſanctus, nō
pōt ſanctificationē ſpūs facere,
nō ſolū ut pncipalis auctor: ſȝ nec
ut inſtrumentū cōiunctū: Di
cat nāq: damaſcen⁹. q humani
tas nō habuit uirtutē ſalutifer
am, ñ ex unitate ubi uniti: 7 ſic nō
plus attribuerem⁹ ſalute noſtrā
ſanguini xpi. q: aque baptiſma
tis: cū tam aſſeramus hūc ab illo
uirtutem habere: Aqua .n. bap
tiſmatis nō habȝ uirtute a diuini
tate coniunctā ſibi: ſȝ a diuinitate
cōiuncta corpori xpi. qui ſuo cō
tactu aquā ſanctificauit in yor
danis flumine: Vn̄ Leo ꝑ̄ª in
quodam ſermone. qui incipit:
Magnitudo gaudiȝ dilectiſſimi. Ita

Nota ·xpi· ſanguis effuſus incorruptibilis extat:

Nota humanus ſanguis q(ua)ntumcūq: ſanctus ſpiritū [illegible] ſanctificat: ~

Nota xpi humanitas [illegible] uirtutē nō habuit ſal[illegible] ñ ex unita ſibi uirtute:

Nota aqua baptiſmatis [illegible]tutē nō hȝ a diuinit[illegible] iuncta ſibi: Sȝ Unde

Nota xpi ſanguis effuſus a deitate, argumento triplici, nō fuit depoſitus: ~

Inquit forma ſerui dignatus eſt fieri
ut in uno mediatore dei et hominum, homine
yhu xpo et plenitudo maieſtatis di
uine, et ueritas nature eſſet huma
ne, quam niſi uerbi diuinitas in ſue
perſone reciperet unitatem, non regenera
tio eſſet in aqua baptiſmatis, nec red
emptio in ſanguine paſſionis: ¶ Ego
exiſtimo quod regenerationem dicat eſſe
in aqua baptiſmatis per contactum do
minice carnis, quando ipſe a Io. bapti
zatus eſt: Et redemptionem igitur
eſſe in ſanguine paſſionis, non intelligo
eodem modo eſſe per contactum dominice
carnis: quia tunc nullam differentiam
faceret doctor ille magnificus inter
aquam baptiſmi, et ſanguinem xpi:
Sed ita mihi uidetur de uerbis eius eſſe
intelligendum, quod ſicut caro xpi ex uni
one diuinitatis aquam ſanctificat
ut regeneret electos dei: Ita ſan
guis xpi per unionem diuinitatis ſan
ctos efficiat electos dei: aqua enim ſan
ctificat ut inſtrumentum diuinita
tis remotum: Sanguis uero ut inſtru
mentum coniunctum: ¶ Auc lebz
et ſancti pauli auctoritatem adduxi
dicentis actuum .y. c. Attendite uobis
et uniuerſo gregi in quo ſpiritus ſanctus
poſuit uos epiſcopos regere eccleſiam dei
quam acquiſiuit ſanguine ſuo: Ubi
ait uenerabilis beda: Non dubitat
ſanguinem dei dicere per unionem
perſone in duabus naturis: Ecce iſte
ſanctus intelligit ſanguinem effuſum
per apoſtolum uocari ſanguinem dei per

...uelut in ſanguine xpi: et
baptiſmatis aqua ſit elec
torum ſanctificatio:

unionem perſone in duabus naturis: ubi
non eſt ita deſipiendum, ut putemus
eum uocari ſanguinem dei: quia iam
fuerat ſanguis dei: nam ſi derel
ictus erat, modo non erat ſanguis
ille qui fuerat: Damaſcenus quo
que in .3o. li. ſen. ſic ait: Irrigauit
nobis ex ſincera et inconquinata eius
coſta fontem remiſſionis: aquam
quidem in regenerationem et remiſ
ſionem peccati et corruptionis: San
guinem uero in potum uite eterne da
torem: ubi attribuit ſanguini principa
lem auctoritatem dandi eter
nam uitam, non certe per aliud, niſi
per unionem diuinitatis: ¶ Et
idem in eodem: Igitur ipſum quidem
preciosum lignum uere eſt uenerabi
le. in quo ſe ipſum hoſtiam pro nobis xpus
obtulit, ut ſanctificatum tactu ſa
cri corporis et ſanguinis: Ecce quod
non facit differentiam in ui ſancti
ficandi crucem inter corpus et ſan
guinem: ſed corpus uim ſanctificandi
habebat ex diuinitate unita: igitur
ſimiliter et ſanguis: Sunt innumerabi
lia dicta ſanctorum tam in canone
ſacre ſcripture quam in eius explana
tione: Unde uidetur demente eorum
fuiſſe quod ſanguis xpi numquam fuit a
diuinitate uerbi disiunctus: ſed ex
multis hec pauca breuitatis gratia excerpſi:

¶ Eiuſdem ueritatis per rationes
aſſertio: Capitulum vjm etc.:

Nunc uolo propriis quibuſdam
rationibus illud aſtruere: Et
quinque adducam inconuenientia ſi ſe
cus dicatur: Unum quia derogat di
uine libertati: diuine inmuta
bilitati: Merito xpi. Eius unitati:
Et humane Saluti: ¶ Pro in
tellectu primi occurrit dictum apoſtoli
Ro. y. Sine penitentia ſunt dona dei.
et uocatio: Ex quo trahunt doc
tores .ſ. S. tho. et Buonauentura dominus
qui fuit cardinalis de ordine mino
rum aſſumptus. Dominus petrus de tar
hantaſia. qui fuit ordinis predicato
rum prius et ſummus pontifex poſtmodum
iſtam maximam .ſ. quod illud quod per
gratiam dei conceditur, numquam abſque
culpa reuocatur: gratia uero unionis
longe maior eſt, quam uocationis ſeu
adoptionis: Cum illa ſit in perſona:
Iſta ſolum in amore: et iſta numquam per
ditur, niſi per culpam: igitur nec illa:
Sanguis autem xpi fuit unitus in xpo
perſonaliter cum uerbo dei: ergo numquam
fuit ab eo ſeparatus, niſi daretur culpa
in xpo. qui peccatum non fecit: nec
dolus inuentus eſt in ore eius: etc.
¶ Pro intellectu Secundi occurrit
illud malachie .3. Ego deus et non
mutor: Ipſe autem inmutabilis in
mutabilitatem preſtat ei quod ſibi fue
rit perfecte coniunctum ut patet in beatis
qui nullo modo ab eius fruitione mu
tari poſſunt: Maior eſt autem ad
deum coniunctio in unione perſone quam in

Nota illud quod per dei gratiam conceditur: numquam ſine
culpa reuocatur:

Nota maior eſt cum deo coniunctio in unione perſone:
quam beata fruitio:

fruitione beata: quia illa non facit ho
minem deum, nec metaphorice: Iſta
autem uere: Sed illa non poteſt perdi ulla
excuſa: ergo nec iſta: ¶ Pro in
tellectu tertij occurrit illud ad phili
penſes .y. Factus obediens uſque ad mor
tem: mortem autem crucis: Quia enim
ex obedientia mortuus eſt, et non
morte mortuus eſt .ſ. crucis, per quam
oportuit ſanguinem ſuum fundere pro
mundi ſalute: Certe non debuit
pro magno merito, magnam reportare
confuſionem, ſed magnam potius gloriam
et honorem: ut Rationatur S. tho. in
quolibet. ſuperius allegato ita proce
dens: Si enim inquit Sanctorum mar
tirum ille partes in quibus paſſionem
pro xpo ſuſtinuerunt, quendam pri
uilegiatum fulgorem in reſurrectio
ne habebunt: ut auguſtinus dicit .xxi.
de ciui. dei. ergo multo magis ſang
uis xpi. quem pro ſalute humani ge
neris effudit, ad glorioſam reſurre
ctionem reſumptus eſt: ¶ Ex quo
ulterius inferre poſſumus: Si meru
it xpus hunc honorem quod ſanguis eius
reciperet, reſurrectionis gloriam,
quam nondum habuerat: Pro cer
to non fuit dignus tanta confuſione
ut uel ad modicum perderet diuini
tatis gloriam quam ſemper habuerat.
Fuiſſet inquam ad magnam confuſionem
domini yhu xpo non ab hominibus ſed
adeo ſine cauſa illatam: quod pro obedien
tiam ſanguinem effudiſſet de ſuo
corpore, et hanc gloriam ſui ſanguinis perdi

Nota obedientia xpi mor
eſt: non autem crux:

Nota .S. martirum partes quibus
martirium paſſi ſunt. ful
gores erunt, et priuilegia
in reſurrexione:

dixisset: quod non esset fusus dei sanguis sicut erat unitus: ¶ Pro intellectu quarti occurrit quod supra in c. iii. ex damasceno inducitur: scilicet quod semper fuit in Christo una ypostasis: patet autem quod si sanguis fuisset derelictus a verbo mutasset ypostasim, quod expresse contra damasceni sententiam militaret: ¶ Pro intellectu quinti occurrit quod scribitur in psalmo: Que utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem: Cum enim tota salus nostra dependeat ex unitate vel unione divinitatis ex qua efficax reddit omnis Christi actio et passio: Clarum est quod oportuit ita ea que gesta sunt circa Christum post mortem esse nobis salutaria, sicut et ante: Modo si divinitas sanguinem deposuisset, in illo triduo, sanguinis effusio non fuisset nobis ita salutifera, sicut si esset iuncta: et ita non ostendisset nobis tantum amorem, ipsius redemptor post mortem, quantum potuisset ostendere: Nam sicut per animam filius dei descendit ad inferos: et per corpus iacuit in sepulcro: ita poterat filius dei per sanguinem crucem rigare: ac terram perfundere et se etiam quo ad hoc ex immenso amore humiliare pro nostre sublevationis remedio: Si autem sanguis a divinitate est derelictus, tollitur magnum amoris signum quod potuisset impendi ut nos magis ad se redamandum alliceret: Unde to-

Unde dependeat nostra salus:

Quod Christi gesta ita sunt nobis salutaria post mortem, sicut ante:

ta pendet nostra summa salus: ¶ Dicamus igitur filium dei personaliter et terram irrigasse per sanguinem: et sub terra iacuisse per carnem: et ad inferos descendisse per animam:

¶ Ad eandem per novos theologos roboratio: Capitulum viii.

Expressam non hanc prime veritatem S. Tho. in suo iiii. quodlibet corroborat inquiens: Verbum dei numquam dimisit, quod in nostra natura assumpsit, partibus humane nature ab invicem in passione separatis. Sed verbum dei assumpsit in nostra natura, non solum corpus, sed etiam sanguinem, ergo sanguis ille numquam fuit a verbo depositus: redit quoque ad ipsum in resurrectione: et ut patet intuenti totum illum articulum: videtur in fine S. iste hunc rationem principaliter inherere: quare sanguinem effusum in resurrectione resumpsit: Quia videlicet erat divinitati coniunctus. Magister quoque nicholaus de lira doctor solemnis in ordine fratrum minorum. et in tota ecclesia dei. super epistola ad hebreos. ix. super verbo illo: Si enim sanguis hircorum aut vitulorum. Ita dicit ad hoc propositum confirmandum: Sanguis Christi ex unione ad suppositum divinum habet virtutem maiorem ad emundationem anime: quam sanguis hircorum et vitulorum: et aqua lustrationis ad tol-

¶ Qualiter filius dei personaliter terram irrigavit: sub terra iacuit: et ad inferos descendit:

¶ Quod sanguis effusus a Christo in resurrectione in ipsum redit et ipsum reassumpsit:

lendum immunditiam corporalem: quia sanguis Christi ex unione ad divinum suppositum, continet quandam infinitatem virtutis: Sed predicta in veteri lege tollebant immunditiam corporalem contractam ex contactu alicuius immundi et a divino cultu impedientem: ergo multo fortius sanguis Christi emundat animam, et reddit eam aptam ad salutem eternam: ¶ Adduxi iam duos testes, ex novis theologis: addam et tertium: Albertus enim magnus. qui fuit Ratisponensis episcopus. notabile compilavit opus de expositione misse: ubi multa notabilia ad propositum nostrum dicit de quibus pauca hic pro huius capituli conclusione exscripsi: In c. namque eiusdem libri quod incipit: ¶ Benignitatem autem ita dicit, unus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exivit sanguis et aqua: Sanguis inquam sacramenti et aqua significans, ad ipsius commixtionem et commixtionem insipidi populi ut sapore sue insipiditatis perdito saporem acciperet, sue gratiose divinitatis: que sanguini dignoscitur esse unita: Et in c. quod incipit. Sextam autem causam. Scriptum est Job. xvi. Terra ne operias sanguinem meum: neque inveniat in te locum latendi clamor meus: ecce enim in celo, est testis meus: et conscius meus in excelsis: Vult enim quod sanguis in terra fusus vacuus a fructu non lateat: Idem. in alio. c. quod incipit: Secun-

dum ordinem superius etc.: Canticorum ii. ubi de fructu arboris crucis sponsa loquitur dicens: Sub umbra illius quem desideraveram sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo: hoc dicit propter sanguinem a cruce distillantem: et ut incidentiam quandam hic faciam: Legitur quod beata virgo Catherina senarum ac florentie decus, nuper cum alia beatitudine, sanctorum cathologo digne ascripta, pre dulcedine divinissimi sanguinis, quem sponso largiente sepe gustaverat, in os et in cor eius suavissime distillantem ex intimis cordis clamabat frequenter dum eius spiritum redderet: Sangue: Sangue: ¶ Demum addo ex eodem libro magni alberti: quartum testimonium. et concludo In c. namque: quod incipit: Adiuncte autem auctes sive operationes etc. Ita inquit: Sanguine enim suo Christus volens lavare peccata mundi acumen dedit sanguini ut sordes in nobis profundatas posset lavare, velut hii qui faciunt lixiviam qui acuunt humorem quo lixivia fit: ut sordes profundatas in pannis acumine suo lavare possit: Ita dominus apposuit sanguinis huiusmodi deitatis acumen: ut Christi sanguine. in dei electis omnes lavaret sordes vitiorum ¶ Ecce ut scribitur. proverb. xxii. scilicet quartam veritatem propositam tibi pater beatissime descripsi tripliciter. scilicet per auctoritates antiquas: per rationes accomodatas: et per novos theologos: et con-

cludo autem eis, quod sanguis xpi inducx
pro nobis effusus, numquam fuit a divi
nitate seperatus : —

Obiectiones ex parte divinitatis : et
earum Solutio . Capitulum viiij^m.

Postremo residuum est, con-
tra veritatem obicere : ut clar
ius elucescat. Sit autem obiectio qua
druplex : videlicet ex parte divinitatis : ex
parte humanitatis : ex parte quoque
sanguinis necessarij : et ex parte sangui
nis superflui : Ex parte divini
tatis ita obicitur : Quod vergit in de
decus et vilipendium deitatis, non de
bet xpianorum auribus ingeri : Sed san
guinem effusum esse coniunctum divi
nitati, et misceri pulveri, et sorberi
a terra, ad vilipendium vergit et de
decus divine maiestatis : Igitur non
debet asseri : Item si sanguis ille fu
isset in illo triduo coniunctus divinita
ti : igitur sicut dicitur deus mortuus et
sepultus, ita deberet dici, deus effu
sus et pulveri permixtus, et a terra glu
titus : que nullatenus dicuntur : nec bene
sonat etsi dicantur : Ad primum
horum respondet apostolus dicens ad hebre
os . xij^o. de xpo qui proposito sibi gaudio
sustinuit crucem confusione contempta
et infra : egrediamur itaque et nos ex
castra improperium eius portantes.
etc : Pro quorum verborum intellectu
est notandum quod ad hoc quod meritum xpi
excederet peccatum mundi, oportuit

quod esset ita magnum, quo maius cogi
tari non posset : Fuit autem meritum
eius tantum : inter ceteras causas,
quanta fuit iniuria quam sponte,
sustinuit pro comodo eorum, pro quibus
intendebat mori : Fuit autem iniu
ria maxima : et excessiva ex qua
druplici capite : Scilicet ex dignita
te persone : ex lesione illata : ex vilifi
catione eius : et ex ingratitudine in
ferentium : Horum quatuor,
tribus dimissis . inquisitioni devote
contemplantium : Solum unum ad pro
positum nostrum facit . scilicet vilificatio :
de qua dicitur : Esto vilis quantum pote
ris, numquam xpo vilior eris : Est a
utem maxima eius vilificatio ex ge
nere mortis : mortis autem crucis,
que erat latronum tormentum : ad
quam vilificationem accedit quod sanguis
exibat : et in terram cadebat : hoc
enim ad vilificationem accedit hominis
quod eius sanguis cum vilipendio effun
datur : Voluit igitur dominus yhesus ut sua
esset vilificatio maior : quod et sanguis
eius pulveri misceretur : et a terra
ex parte deglutiretur : Et ut dicit
apostolus . melius loqueretur quam habel :
Nam sanguis habel . ut puri hominis
non ex se efficax erat ad faciendum
vindictam quam adeo postulabat :
Sanguis autem xpi . ut veri dei per
se habebat efficaciam, ut largiretur
veniam quam ipse dictabat : nec tamen
est maius vilipendium quod sanguis
in terram cadat, quam quod anima in infernum

descendat : Sanguis namque maior
non est, quam anima : nec inferno vilior
superficies terre : Ad rationem ita
que dicitur, quod cedit in dedecus : et vilipe
ndium deitatis, non debet aliquomodo per
hominem attemptari : sed si attemptatum
est, debet ad orationem magni amoris
dei hoc pro hominibus sustinentis xpianis
auribus ingeri : predicari : preconiza
ri et cum omni fervore commemorari :
Nec dignum erat divinitatem, dese
rere sanguinem in terram sustinui fusum :
Cum xpus non deserat hostiam
consecratam, aut luto inmersam : a
ut a mure comestam, quousque rema
nent species sacramenti : Unde
illa ratio nihil valet : nec per consequens alia quod
dicitur debere concedi, quod deus est effu
sus, aut terre inmersus per sanguinem,
sicut dicimus quod est sepultus per carnem :
Nam si hoc concedatur non male sonat
pijs auribus : Quia diligentibus
deum, hec omnia cohoperantur in bonum.
ut dicit apostolus . ad romanos . Verum
quedam locutiones non sunt in usu : que
tamen si essent, non peiores essent
alijs que usu frequentantur : nam neque
dicimus deus est expiratus . licet
dicimus deus expiravit secundum animam :
Sic non dicimus deus est effusus : licet
dicimus deus effudit . scilicet sanguinem :
nec tamen aliquid horum peius pijs auribus
sonat, quam : deus est mortuus et sepultus.
et descendit ad inferos : cum autem dicitur
deus est crucifixus : non ne implicate
dicitur, quod deus est sanguine cruenta

tus : et quod peius est dicere : deus est ter
re permixtus in sanguine : vel deus est
sub terra clausus in carne : Non ergo
verendum est dicere deus est effusus :
vel deus est expiratus, quia falsum
dicatur : sed quia inusitatum : Alio
quin neque ideo dicitur deus mortuus,
quia corpus illud mortuum sit deus : nec
deus descendisse ad inferos : quia anima
illa sit deus plus aut verius, quam di
catur, sanguis effusus esse deus : nam
regula theologorum est a damasceno
tradita, quod in abstracto non comunicant
ydiomata . i . proprietates : sed in concre
to : Unde non dicimus humanitas est deus.
sed homo : Quia igitur partes habent ra
tionem abstracti respectu totius : ideo
non dicitur aliqua pars xpi esse deus :
nec deus esse aliqua pars, puta caro
vel anima, aut sanguis : Sed dicitur deus
incarnatus : animatus : sanguinatus :
propter insolubilem unionem verbi ad na
turam humanam : et ad omnes et singu
las eius partes de quibus dicimus caro
divina vel deyficata : anima divina vel
deificata : Sic sanguis divinus vel dei
ficatus : et de similibus similiter est iudicium : —

Obiectiones ex parte humanitatis . et
earum Solutio . Capitulum . x^m.

Ex parte vero humanitatis potest
ita procedi : humanitas fuit
prius assumpta a verbo : et humanitas
fuit relicta in morte a verbo : igitur
aliquid prius assumptum fuit quamque re

Margin notes:

Quod oportuit ad hoc quod xpi
meritum mundi peccatum excederet :
magnum fuit : —

Nota quadruplex fuit xpi iniuria : —

Nota sanguis habel . puri hominis ad vindictam
non erat efficax : non sic autem xpi . : —

Nota sanguis xpi maior non est quam anima : nec
econtra :

Nota terre superficies nobilior est inferno :

Nota xpus numquam derelinquit consecratam hosti
am . speciebus sacramenti stantibus : —

Nota pulcrum documentum

Nota in divinis proprietates in abs
tracto non comunicantur : sed in con
creto : —

Nota xpi pars non est deu[s]

In triduo xp̄us nō fuit homo :

Cont̄ magistrū sententiarū :

Quod ab aliquo p̄ se derelictum :

lictū : quod est cont̄ sc̄ptā ueritatē:
sup̄ius p̄tractū : ¶ Quo habito nō
mino et dici pōt q̄ sanguis licet fu
erit p̄ se assumptus: fuit et derelic
tus: Et nō humanitas fuerit de
relicta p̄z: quia in triduo xp̄us nō
fuit homo: nā humanitatē non
habuit ut asserunt theologi dam
nantes in hoc articulo magistrū sen
tentiarū qui dixit xp̄m in triduo
fuisse hominē. ¶ Ad istā obi
ectionē est duplex responsio mani
festa: Una ad hoīē: Alia ad rem:
Ad hoīē quidem est ista: Sic̄ ip̄i hu
manitatē relictā fore a uerbo, in
fers ⁊ sanguinē tantā glā destitutū:
Simil̄r inferre potes q̄ aīā ⁊ carō
a diuinitate sint destitute: quia
nō est maior de uno ratio q̄ de alio:
Si humanitatis destitutio sit suffi
ciens ratio: Sz ad rem dico. Simili
tudo nō currit: Nam sc̄a ueri
tas ante p̄bata dic̄ nihil a uerbo p̄
se assumptū ad ypostaticā unio
nē, ab eo relictū esse etiā a ceter
is p̄tibus sep̄atum: Ubi p̄supponit̄
p̄sistentia derelicti: Illud .n. est p̄ se
relictū ab aliquo, quod manet si
ne illo: Et sic humanitas nō est
derelicta: quia nō mansit sep̄ata
a p̄tibus: ymo ip̄ā desijt eē p̄ parti
um abinuicem sep̄ationē: ⁊ sic pōt
dici p̄ accidens derelicta: ¶ Co
cedimus igit̄ q̄ fuit p̄ se assumpta:
sz non fuit p̄ se derelicta: Sanguis
uō ⁊ p̄tes cetere manserunt sep̄ate:

ideo ab illis dicimus uerbū nunq̄ esse
disiunctū: Sz uideo retorqueri g
rata me argumentū: quia sup̄ius di
xi, ad crudelitatē p̄tinē q̄ dimicta
tur a uo qd̄ fuerit assumptū: mul
to igit̄ magis crudele iudicabit̄ oīo
humanitatē destruere: ita ut nō
sit q̄ ita sanguinē destituere, ut
sine unione uerbi saltē sit:
Sane qui sic in me sagiptā retor
quet, rōnis huius, non p̄pendit, q̄
humanitatē sic resolui, ut p̄tes n̄
omnino remaneant, nil aliud est q̄
mori, quod fuit in xp̄o opus fortitu
dinis: obedientie: ⁊ caritatis exími
e: Unde sc̄aūta est nr̄a salus: Sz san
guinē effusum in ip̄a morte, uel
quācumq: aliā partē suo p̄sortio de
stituere, aut in damp̄nū potius no
strū uergit, nullā h̄it apparentiā
rationis: nec utilitatis existentiā:
Que utilitas in sanguīe meo: aut
dum .i. si descendo in corruptione:
Cum .n. p̄ nr̄a salute sanguinē as
sumpserit, sic̄ ⁊ corpus ⁊ aīaz ut
totū sanaret hoīē: certe non nisi
damp̄nū op̄ari pōt absentia eius,
cuius p̄sentia nobis salutifera compro
batur: Sz rursus hic orit̄ difficilius
dubiū: Certū est .n. q̄ q̄ diu
humanitas xp̄i fuit in uero esse
humanitatis, uerbū dei erat
ei ypostatice: Cum aūt desijt
eē humanitas, iam nō est coniunc
tum humanitati uerbū dei:
g° assimili posset dici: Q̄ diu san

guis fusus manet, nullo eē sanguis
quod ei tunc recent̄ fuso p̄petebat,
iunctū est ei uerbū dei: Sz ex quo
p̄mixtionē cū terra transformat̄
est in lutū uel in aliquid simile: ⁊
nō est amplius sanguis, et equiuo
ce: saltem dici pōt sic, q̄ uerbū dei
eum dimiserit: Et pōt afferri
exemplū de eucaristia, cui tādiu
unitū est corpus xp̄i ⁊ sanguis q̄
diu manet sp̄es panis ⁊ uini: Cū
aūt ille sp̄es sīt corrupte, nō est am
plius corpus aut sanguis dn̄i yhu
xp̄i. ¶ Ad hec ista dicendū est:
p̄mo quidem ad similitudinē huma
nitatis ⁊ sanguinis dicimus, q̄ bene
currit ⁊ p̄ oīa idem iudiciū est: nā
sicut corrupta p̄ mortē humanita
te desinit eē uerbū dei illi coniunc
tū, nō sic q̄ sep̄ata maneat a uo
dei humanitas: sz quia oīo nō ma
net, ita et si xp̄i sanguis esset cor
ruptus interīe: uel etiam corpus in
sepulcro esset incineratū nō esset
amplius uerbū carni aut sangui
ni iunctū: nō quia illa sep̄ata ma
nerent a uerbo: sz quia oīo nō ma
nerent: ¶ Sane ⁊ illud aīad
uertendū est, q̄ sicut licet uerbū
nō sit unitū humanitati que iā
nō erat, uerū unitū erat partibus
eius que solute manebant .s. aīe
carni ⁊ sanguī. Ita facta positione
q̄ corrumpat̄ caro illa: aut san
guis desinet esse uerbū unitū q̄de
carni: aut sanguī, quia nō sunt,

remanebit tamē unitū uerbū ma
terie que erat pars essentialis car
nis ⁊ sanguīs que nunq̄ esse desine
ret, quotcunq: formas mutaret:
⁊ ex diuina ordinatione semp̄ habe
ret habitudinē ad humanā nām,
⁊ sic nunq̄ a uerbo destituta mane
ret: ¶ Secundo r̄ndendū est
ad exemplū inductū de uenera
bili eukaristie sacramento: ut di
cimus q̄ similitudo ista nō currit, eo
q̄ sp̄ebus sacramentalibus corruptis
nil remanet de sacramento, nisi
corpus xp̄i quod nō est sep̄atum a
sacramento nisi p̄ accidens: quia
sacramentū amplius nō est: nec
aliquid eius: eo q̄ accidentia nō habe
bant subiectū: sz corrupta sp̄ē car
nis ⁊ sanguinis manet subiectū for
marum illarū q̄ est materia cui
semp̄ maneret uerbū ypostatice
unitū si deus p̄misisset aliquā
circa suam carnē uel sanguinē
corruptionē ulteriorē accidere:
quod nō credimus nō p̄misisse: quia
nulla inde nobis p̄uenisset utili
tas: ¶ Et huc puto esse alterū ue
rū intellectū illius dauitici uersus.
Que utilitas in sanguīe meo dū
descendo in corruptionē: Adhuc
namq: sensus exponit damascenus.
aliū eiusdem psalmiste uersum.
qui dicit: Non dabis sanctū tuū
uidere corruptionē: Sup̄ quo diffe
rentiam facit in .iiij. li. int̄ p̄mā
corruptionē quā greci uocant

Quod si caro ⁊ sanguis corr[...]
perent: et remanet un[...]
uerbū cū ma̅ q̄ ē p̄s c[...]

Quod corpus xp̄i a sacram[ento]
sep̄at̄ n̄ p̄ accidens:

Confirmatio :

Quantū duret corpus ⁊ sanguis xp̄i in
hostia post assumptionē :

Quod uerbū unitū remansit, partibus solutis
ab humanitate: ut aīe: carni etc :

ꝑ 7· corruptio· pima· 7 2ª.

corp̄ʒ xp̄i· incorruptile· nō erat· pima corruptione :—

nō 7 q̄tum destrebat corpʒ xp̄i acorruptione :—

·ptoram. et secundam corruptionem
quam diaptoram uocat: In utroq: a
utem. Xsu. nō ptoram scilicet: sʒ diap
toram. Vn̄ arguit damascen9. q
pima corruptione, nō erat incorru
ptibile corpus yhu. quia non eēt
eiusdem spēi cum nr̄o, fuisset .n.
in mortale: Secūda uō corruptio
ne incorruptibile erat: 7 de hac in
telliguntur pfati uersus: At uō est
alia corruptio utraq: maior, nō ex
mutatione forme, sic due que pa
ulo ante explanate sīt: sʒ ex mutati
one suppositi qua superius usi sum9.
ad aliuʒ sensuʒ exponētes hoc uburu:
duʒ descendo incorruptionem: Ex
quo sensu uerius tanto erat incor
ruptibile corpus. yhu. q̄to plus distat
eē increatuʒ ab eē creato: q̄: forma
creata, ab alia creata: Similit̄ est
sanguis 7 ad eundeʒ intellectuʒ: et
non solū ad alteruʒ erat incorrup
tibilis: ut ante deduximus: et ampli
us deducem9:

Obiectiones ex parte sanguinis.
necessarij: 7 earum Solutio: —
Capitulum. Vndecimū: —

Ex parte quoq: sanguis neces
sarij erat tertius locus in
fingendi ueritates edoctus: Et quo
pacdi posset dupliat: Primo sic: San
guis necessarius ad ꝯsistentiā humani
corporis, duʒ erat in. xp̄o uiuente in
dubie erat unitus ypostatice uerbo
dey: sʒ separatus nō est de essentia
corporis: igitur non est adorand9.
adoratione latrie ut ꝯcludit qdaʒ
theologus: ex quo ulteri9 sequitur:
q non erat ꝯiunctus uerbo: Ego
illuʒ existimare sublimeʒ theologū
si non tam famulo inniteretur ad
miraculo p assertione tam peregri
ni dogmatis. Timeo ne hec
humana inuentio sit eorum de quib;
ꝯqueritur crucifixus, taleʒ sui san
guinis destructionem, deplorans per
os dauid. ubi dicit: Verumtamen
pretiū meū cogitauerunt repellere:
Que namq: obsecro ratio suffra
gatur huic illationi: Sanguis separat9
a corpe, nō est de eēntia corpis: igr̄
est separatus a uerbo: Neq: dicamus
.n. illas ptes esse, 7 remanē unitas
uerbo que sīt de eēntia corpis mor
tui: sʒ que sīt de essentia corpis uiui:
Nam psimile argumētuʒ pbaret
q nec aīa separata mansit unita
uerbo: eo q ipā nō erat de essentia
corpis mortui: Sʒ si aīa ideo ma
sit unita uerbo, et separata a corpe
qua fuerat de essentia corpis uiui
entis: Et sanguis etiam erat sem
per, de esse suo, 7 ubiq: unitus ūbo:
quia fuerat de essentia corpis uiui
entis: Et corpus simile mortuum
nō est de essentia humane nature:
sʒ uiuuʒ: et tñ cuʒ mortuū est ap
titudineʒ hīt ad nāz humanaʒ: sic
7 sanguis, 7 simile aīa: Et ideo
cuʒ illis omib; separatis remane

Qualit̄ mortuū corpus de eēntia non
est humane nature : —

at unita diuinitatis, ne sit inutilior
destruat quod tam mirabilit̄ con
struxit: Cum aūt dico de essen
tia corpis: uel nature humane: nō
intelligo, ita stricte ut soluʒ de essē
tia uocē q intrat diffinitionem
loicam, sʒ phisicaʒ. Vn̄ 7 pes 7 ma
nus sīt de essentia corporis humaī:
quia ad eius integritatem ptinent
adeo ut aīa rōnalis frustra habe
ret uirtutes motiuas, nī et haberet
instrumenta p que eas exequere
tur: Est .n. actus corporis phisici
organici, sm̄ arl. Vn̄ miror:
uel admiror de illo theologo qui
dicit sīedubio q si pes uel manus
abscisa, esset unita diuinitati ado
raret̄ latria: Quis .n. dubitet
si pes separatus fuisset a xp̄i corpe,
illū fuisse ꝯiunctuʒ diuinitati: 7
de necessitate illuʒ recepisse in resu
rrexione: nec solum talia membra
que nimirum pincipaliores partes
corporis sunt, q̄: sanguis 7 ceteri
humores qui ad membrorum pfec
tionem 7 uegetatione ad naturā
ul' a natura ordinantur: tamq:
ad ppium fineʒ: Sʒ queciq: ad de
centiaʒ faciunt humani corpor
is: ut pʒ manifeste p dñz. buonauē.
sup. iiij. sen̄. Vbi tractat de eo q
dicit aug9. de xp̄o. manet integer
totus in celo: Nec mirum qui sic
pmisit: capillus de capite uēo nō
peribit: Ex eodeʒ loco
necessary sanguis procedit isto

Quare 7 qualit̄ pes 7 man9 de essentia sint
humani corporis : —

Q si aliqd̄ membrū fuisset abscisuʒ a cor
pore xp̄i. illud tale ꝯiunctuʒ fuisset di
uinitati: 7 in rexōne recasupsisset : —

modo: Nil uidet̄ impedire quin ū
bum dimiserit sanguinē incruce fu
sum, ut p ante habita patere potest.
magis q̄: hoc q uidet̄ crudelitas se
mel assumptuʒ, dimictere: quia
sequit̄ destructio existentium: Sʒ h'
non impedit ꝓpter duo: pimo quidem
ex eo q aqua illa que de latere xp̄i
cū sanguīe fluxit, si ex aliqua pte
corpis xp̄i resoluta fuit, hoc sine des
tructione illius ptis fieri nō potuit,
7 tali certe destructione que ad secū
dam destructionē ptinet, nō ad pri
maʒ, qd̄ est cōn. damascenuʒ supius
allegatuʒ: ū forte ad hoc uitanduʒ,
dicit̄ q nō fuit resoluta: sʒ de nouo
creata cuius oppō.m in pcedentib; est
assertuʒ: 2º. quia in confec
tione eukaristie fit etiaʒ destruc
tio existentis eo q substantia panis
destruit̄ et loco eius succedit substā
tia corpis xp̄i: Et cū deus illa
faciat: pōt utiq: et istud sine con
dictione efficere: Adque dico
pimo q de potentia absoluta dey, dis
putare non licet: Verum tñ dicat
anselm9. q minimuʒ indecens est
deo impossibile: Vbi igit̄ nulla rō
assignat̄ indecentiaʒ compensans,
non est tale aliquid asserendum
cā opa dey: hic aūt modus argu
endi inferret et, q 7 aīa 7 caro
a uerbo deserte sīt: quia potuit:
Quod quantum deceat, psequens
consideret: Ad reʒ aūt ue
niendo: bipartita est danda res

Qualit̄ in euk.ª destru
substā panis. 7 fit nou
p successionem transmuta

Q de absoluta dey p
disputare nō licet :

Qued deo impole sit

ponſio: ad aquam primo: Demum de eu
kariſtia rationem reddamus: ¶ Et
de aqua quidem dico tria: primo quod non
oportet propter hoc mutare ſententiam propter
hoc: Licet etiam ſic dicendo non extraretur
a fide: quia quodcumque miraculum adeo
factum ponatur veritas humanitatis
xpi concluditur, eo quod deus non prohibet
teſtimonium falſitati: quod etiam dato
ulterius diceretur, quod aqua illa com
pleto miſterio, pura aqua remanſe
rit, et a verbo fuerit deſtituta quaſi ſuper
flua: Nec per hoc argumentum habetur
ad idem concludendum de neceſſitate ſan
guinis: Verumtamen hic arguendi locus
ad probandam xpi humanitatem eſt
nimis extrinſecus: Dicendo autem quod
per ſe ſolutionem ex aliqua parte cor
poris illa aqua manavit magis intri
nſece demonſtrat veritatem corporis yhu
xpi: quia naturale eſt, ut dicit
decretalis ibidem: Quod compoſitum,
in componentia, et elementum in ele
menta reſoluatur: ¶ Ad ſalvan
dum autem damaſcenum ſufficiat di
cere, quod ſecunda corruptio non re
batur ob aliud, niſi pro quanto reputa
tur inutilis: Per primam namque: que
eſt ipſa mors, ſatis oſtendit xpm fu
iſſe unius ſpeciei nobiſcum: Per ulterio
rem vero corruptionem, nil nobis utile
ſequeretur fidei vel ſalutis: Quod
vero aliqua particula poſt mortem ſit
ulterius reſoluta, ut aqua manaret,
multum fuit utile, et ad confirmandam
fidem humanitatis. et ad figurandum

miſterium regenerationis, ut in eadem
decretali exprimitur: ¶ 2o. dico quod
aqua illa numquam fuit a verbo ſeparata,
quia de natura erat corporis yhu xpi.
Alioquin quod ſpiritus, aqua et ſanguis unum
ſunt, ut in multis codicibus invenitur, teſ
tante decretali, damnamus de ſumma
trinitate et fide catholica, et volumina
greca confirmant: niſi quia ſicut tria
ſuppoſita ſunt unum in natura divina: Ita
tres iſte partes humane nature ſunt
unum in divino ſuppoſito: Non obſtat
glo. dicens. Sunt unum miſterio: Quia
ſpiritus ſanctificat: aqua lavat: ſan
guis redimit, animas noſtras: hos enim effe
ctus habere non poſſent, niſi per virtutem
verbi uniti: De ſpiritu namque patet ex
fide communi: De ſanguine patet ex iam deduc
tis: De aqua ergo idem dubitare non
licet: et ſic non poteſt inferri de ſanguine
per ſimilitudinem illius aque. quia ſuppo
nitur falſum. ſcilicet quod aqua illa fuit a di
vinitate relicta: ¶ 3o. dico ad
perfectionem doctrine quod aqua illa com
pleto miſterio propter quod de corpore
yhu xpi miraculoſe manaverat,
reducta eſt eodem miraculo in par
tem illam unde fuerat reſoluta, ne quid
deficeret reſurgentis xpi corpori
glorioſo deo: ſic pro nobis mirabiliter uti
ter quam mirabiliter operante: ¶ Ad
quod totum comprobandum, facit optime
S. tho. in iij. parte q. liiij. dicens. totus
ſanguis qui de latere xpi fluxit,
cum ad veritatem humane nature per
tineat in corpore xpi reſurrexit:

Et eadem ratio eſt de omnibus particulis,
ad veritatem et integritatem humane
nature pertinentibus: ¶ Nunc
reſpondebo ad dubium ex ineffabili
eukariſtie ſacramento inductum:
Similiter dico tria: Unum eſt quod in con
fectione euk. fit converſio ſubſtantie in ſub
ſtantiam: nihil autem prohibet ſubſtantiam
corpoream in ſubſtantiam corpoream, divino
miraculo tranſmutari: quia ſym
bolum benedictum ſpeciale in invicem tranſe
unt: Si autem verbum dei dimitteret
ſanguinem iam aſſumptum non fieret
tranſmutatio ypoſtaſis divine in y
poſtaſim ſanguinis: ¶ Abſit enim ut
deum tranſmutabilem opinemur. de quo
Iacobus apoſtolus predicat: Apud quem
non eſt tranſmutatio: neque viciſſi
tudinis obumbratio: ¶ Aliud
eſt quia tranſmutatio in carnem
xpi fit in melius. Mutatio vero ypoſ
taſis in deterius fieret: Ideo non
decet dei ſapientiam et bonitatem:
etc. ¶ Tertium demum eſt quia
in ſacramento eſt utilitas animarum
noſtrarum: hic vero eſſet damnum. ut
ſepius dictum eſt: et ideo ad crudelita
tem pertineret, non ad dei benignita
tem: Sed hiis qui ſacramentum allega
nt, ſacramentum eſt obiciendum: pu
to namque: quod ſi interrogentur, an ve
nerationi huius ſacramenti conve
niat aliquid in eo eſſe quod non poſſit
adorari adoratione latrie, dicent
quod non: et ulterius procedendo inter
rogabo an in triduo paſſionis ſi con

Nota ſymbolum benedictum ſpeciale in invicem tranſeunt:
et ſubſtantia corporea in ſubſtantiam corpoream miraculoſe:

dei immutabi
litas:

fectum fuiſſet hoc ſacramentum, fuiſſet
corpus ſine ſanguine: et ſanguis ſine cor
pore, ſicut erant ſeparata ab invicem: ne
que hoc mihi negandum arbitror: Tunc
ultra interrogo, an ſanguis in ſacra
mento tunc adorandus fuiſſet latria
vel non: Si conceſſerint, igitur et ſan
guis effuſus erat ſimiliter adorandus:
non enim minus dignum reverentia eſt
ſignatum quam eius ſignum: Si negaverint,
eſt contra datum. ſcilicet quod nil eſt in hoc
ſacramento quod non ſit adorandum
adoratione latrie: ¶ Poſſunt
dicere quod id quod datum eſt intelli
gitur nunc: ſed non tempore paſſionis: tunc
deduco aliud manifeſtiſſimum incon
veniens: Videlicet quod dei virtus et dei ſa
pientia, xpus inutiliter inſtituit in
ſacramento diſtinctas ſpecies per quas
denotatur ſeparatio ſanguinis a cor
pore eius: patet enim quod ſanguis xpi
effuſus et ſeparatus quantum eſt de ſe,
ut ſic effuſus et ſeparatus eſt: penitus
inutilis eſt: quia non valet ad rege
nerandum proprium corpus, quia extra illud
eſt: nec valet ad regenerandum animas
fidelium, quia pura creatura eſt
ſecundum opinantes: et ita fruſtra inſtituit
dominus yhus repreſentari in hoc ſacra
mento ſanguinem effuſum et ſeparatum
a corpore: Niſi dicatur quod etiam ſic effuſus
et a corpore ſeparatus vere eandem
habet ypoſtaſim, quam habet ca
ro et anima. ſcilicet verbum dei quod
plane concedimus et manifeſtiſſi
me tenemus:

Nota ſi in triduo paſſionis fuiſſet
celebratum, corpus fuiſſet ſine
ſanguine: et econtra:

Nota paritas reverentie eſt
in ſigno et ſignato:

Nota ſpecies ſacramenti diſtincte
denotant ſeparationem corporis a
ſanguine:

Obiectiones ex parte ſanguinis ſup-
flui: et earum ſolutio: Capitulum
duodecimum et ultimum:

Ex parte demum ſuperflui ſa-
guinis: Volentes forte aliq
ſuſtinere hoc novum dogma q ſanguis
xpi. in cruce effuſus a divinitate fue-
rit derelictus. Ita poſſunt procedē.
Eſto ſanguis neceſſarius quantumq:
fuerit in xpo. negari tamē nō pōt
quin et quantuſlibz fuit in eo ſuperflu-
us, et ille fuit a divinitate relictus:
Talem. n. ſanguinē divinitati ma-
nere unitū et a corpe xpi ſeparatum,
nō decet, duabz de cauſiſ: Prima
eſt quia ſi ſanguis ille non fuit dign9
in reſurrectione uniri corpi unde
effluxerat: Multo min9 eſt dign9
ut unitus divinitati maneat, etiā
ſi a fidelibz in magna veneratione
habeatur: 2a. cauſa eſt quia
veriſimile eſt dictū ſanguinē vl
notabilem partē eius terre man-
datū in maculationē perpetuā
inutiliter tranſiviſſe: et ſic deum
vilipendū pati: Et ſi dicat q in
fine mundi deſeretur a verbo: eadē
facilitate contempnit, quā pbat:
Unde in ſuo de latere fluxu rationa-
bilius aſſerit derelictus: violentū
namq: non diu durat: eſt autē qd
amodo violentū, q res loco diſtinc-
te eidem maneant unite ſuppoſito:
et ideo xpus. ato reſumpſit que ad ſuum

propoſitum ptinebant: Q vo fue-
rit aliquis ſanguis in xpo ſuperfluus,
p duos aſtruunt ſacros theologos,
omni veneratione et fide dignos. S.
vz. tho. et. dnm buonaven. dicat nā
q: S. tho. In quolibz. v. ſup. ſepius al-
legato: Rñdens ad pm arti-
culum. 3e. q. eiuſdem. Dicendū q
in reſurrectione, tam xpi. q: nrā
totū qd fuit de veritate humane
nature reparabit: Non autē illa
que de veritate humane nature,
non fuerūt: Set q:vis cū ea que ſūt
de veritate humane nature, ſit di-
verſa, diverſorum opinio, ſm qua-
libz opinionē. nō totus ſanguis nu-
trimentalis. i. qui ex alibis generatur
ptinet ad veritatē humane natu-
re: Cum g° xpus ante paſſionē
comederit et biberit, nihil in eo pro-
hibet fuiſſe aliquē ſanguinē nutri-
mentalē, qui ad veritatē huma-
ne nature non ptineret, et quē nō
oporteret ad corpus eius in reſurre-
xione redire: Dnus vo buona-
ven. in. 4. ſnībz litteralibz. ſup. q.
. xij. iiij. ſen. in quadā ratione ſic
habz. Dicendz q in xpo reſurrexit
totū quod fuit de veritate humane
nature: qd ſpectat ad decentiam:
et ideo dicat totus eē in celo: Quod g°
obicit de ſputo: dicendū q vl
nō fuit decentie ſm ſpēm, ſz divina
diſpenſatione, petiorum decentie ſm
materiam ibi fuit, ut daret nobis
in devotionē ſicut reliquie: Et ſic

dicendū eſt de ſanguine: Vel aliqd
fuit de veritate: et illud reſurrexit
cū xpo. et eſt in celo: et reſiduū manſit.
etc. Ex hys duobz autem
a ſ teſtibz videntur ſibi irrefragabiliter
deduxiſſe q aliquis ſanguis ſuperflu-
us fuit in xpo: et ulterius q talis a
xpi corpe ſeparatus, a verbo fuerit
derelictus: Quo nimirum ob-
tento de parte, concludere facile
videtur de toto: pars namq: dū eſt
in toto, nō p ſe ſubſiſtit: et ideo nō in a-
lio ſuppoſito ht eſſe q: totū: Sz pars
hec non eſt in divino ſuppoſito. Igitur
totus ſanguis eſt ſeparatus a divino
ſuppoſito: qd eſt pncipale intentū:
Video quippe tres ſimul in horum dic-
tis implicari queſtiones. vz an confi-
teri debeam9 ſanguinē ſuperfluū
fuiſſe in xpo: An ſanguinē ſuperflu-
um a corpore ſeparatū a divinitate
aſſerere derelictū: An potuerint
ſimul eſſe in eodē continuo ſanguis
unitus divinitati. et ſanguis a divi-
nitate relictus: Et iuxta has tres
queſtiones, tripartita erit quoq:
reſponſio: Ad pmā itaq: dr
q aliud eſt abſolute petere. An ali-
quis ſanguis fuit in xpo ſuperfluus:
Aliud. an hoc ſpecialiter fatendum
ſit in tempore paſſionis: Et horum
quidem pm poſſum9. libere affirm-
are q eſſe potuit: pter duo tamen pre-
clara teſtimonia p iſtos inducta. S. tho.
vz. et dni. buonaveri. quorum alter
naturaliter p miraculū id pſuadet

ut ex eorum dictis ſup. recitatis appa-
ret: et hoc de pmo intellectu queſtionis
qui eſt generalis: De 2o vo intel-
lectu ſpeciali aliter ſentio: nā. S.
tho. expſſe tenet q non: et ita decla-
rat p plures rōnes in eodē loco. ſ.
q ſanguis effuſus in paſſione totus
ptinebat ad veritatē humane nre:
et totus ad xpi corpus in reſurrexi-
one redijt: Dns vo buona.
in teſtimonio allegato, nō apparet
contrariū opinari: quia in ſpeciali de
hoc nullā mentionē pferre videt:
Quod. n. ibi addit: et ſic dicendū
eſt de ſanguine, facile refertur ad ſan-
guinē effuſum in circuciſione: de
qua ibi ſpecialiter movet et ſolvit, et non
de ſanguine paſſionis: Unde videtur mi-
hi p ſententia. S. tho. ultra rōnes ibi
per eū adductas poſſe et ita favorabi-
liter procedi: Sam9. n. q dominus yhs.
ſine ulla diſtinctione ſuū ſanguinē
porrexit diſcipulis in ſacramento
inquiens: hic eſt ſanguis meus qui
p nobis effundetur: Unde apparet in
ſacramento contineri, totū ſanguinē
in cruce fuſum: nec in ſacramento con-
tineri credim9 ſanguinē ſuperflu-
um: quia talis non eſt nre ſaluti ſu-
perfluus. g° nec in ſanguine illo benedicto q
fuſus eſt p nobis videtur fuiſſe quidq:
ſuperfluū Verum ipe. S. tho. inſi-
ne illius articuli allegati de ſanguine
in ecclys reſervato, concludens dic-
eū vel ex aliqua ymagine xpi mi-
raculoſe fluxiſſe: vel alias. ex corpe

xp̄i. ubi locum ſpatioſum reliquit:
Dn̄s buonauen̄. an uellet illuz ſan
guinez in circumciſione uel alias effu
ſum preterquam tp̄e paſſionis: uel partez
eius autumare fuiſſe ſuperfluuz ex na
turali diſpoſitione, uel ex diuina diſ
penſatione fuiſſe ſanguinē ſcd̄m ma
teriam: ⁊ non ſecundum ſpēz ut ibi
diſtinguit: propter que dicta non probatur
grauius. S. tho. qui expreſſe dicit in
.iij. pte. q. liiij. in fine tertij articuli:
q ſanguis ille qui in quibuſdam ecclijs
pro reliquijs ſeruatur, nō fluxit de la
tere xp̄i: Adeo deuotus doctor nr̄e
ſalutis precium reuereri: ¶ Ad
id q ſecundo proponitur. an vz q
ſanguis ſuperfluus a xp̄i corpe ſeparatus:
ſit etiam a diuinitate relictus: Sine
ulla difficultate reſpondeo affirma
tiue q ſic: tū rationibus in obiciendo
adductis: tum quia ex utroq: teſtimonio
ſupius allegatorum id habetur expreſſe:
Q partes que non fuerūt de veri
tate humane nr̄e, nō fuerunt reſu
mpte a xp̄o. in ſua glorioſa reſurrectione: ex
quo ulterius confiteri de neceſſitate
.oz. q fuerint a diuinitate ſeiuncte:
Et hoc luce clarius apparet de mente
S. tho. in .iij. ſen̄. di. .ij. ubi ſic inquit:
In omnibus partibus que ſūt de veritate
humane nature: etiā ſeparatis. manet
ordo ad totam nāz: ⁊ ideo remanet
in eis aſſumptibilitas: ⁊ per conſequens unio:
ſicut in corpe xp̄i remanſit aīa ſepa
ta: Vn̄ et eis latria debetur: Si aūt
ſeparentur alique partes: que non

eſſent de veritate humane nature,
non remaneret in eis ordo ad natur
am humanaz, cui principaliter aſſump
te debent: ⁊ ideo nō remaneret unio:
neq: debituz latrie: ¶ Ex quibus
verbis elicitur iſta diſtinctio: vz aſſump
tibiles ptes nature a ūbo dei poſſūt
intelligi dupliciter .ſ. per ſe: ⁊ per accidens:
Aſſumptibiles partes vocant hic ille
que ita fuerunt aſſumptibiles ante
ſeparationez ut manerent reſumpti
biles poſt ſeparationē: quas igitur ver
bum dei ad hoc ſibi univit, dum cor
pus erat mortale, ut eas reſumeret
in reſurrectione, quando factum eſt
immortale illas per ſe aſſumpſiſſe dica
tur, quas nō dimittere intendebat
aſſumpſit per accidens: ¶ Ingitur ti
.ſ. deum in eo actu erant per ſe nō ſubſi
ſtebant, ⁊ in eadez ypoſtaſi eſſe ha
bebant in qua ⁊ cetere: ſz ſeparate ſup
poſitū mutauerunt: ⁊ hec eſt ra
tio quā a principio promiſi reddere
in fine opis, de eo q dicebam per ſe in
ſuperioribus capl'is. ¶ Reſtat de
clarare tertiuz dubiuz: an videli
cet poſſint in uno continuo ſubſiſtere
diuerſe partes. in diuiſis ſuppoſitis:
Et ex prehabitis quidem apparet
q non: Paulo .n. ante dictuz eſt
q ille partes que nō erant reſump
tibiles in xp̄i corpe bn̄dicto, nō er
ant per ſe aſſumptibiles, ſz tm̄ per acci
dens: Ingitur videlz non poterat
per ſe ſubſiſtere dum erant in ſuo toto xp̄i
corpe: ⁊ ideo ſubſiſtebant in ūbo

dei quouſq: a toto ſepararentur: ¶ P
ſimilez rōnez concludit. q ſanguis
fuſus de xp̄i corpore, non potuit eē
mixtus ex neceſſario ⁊ ſuperfluo, in una
⁊ eadez ypoſtaſi ¶ Quia ſi concederetur,
argumentuz biſurcatuz procedit:
quia vel ypoſtaſis illa erit verbuz
dei, ⁊ ſic ſanguis ſuperfluus erit uni
tus diuinitati, contra predicta: vel
erit mutata ypoſtaſis: ⁊ ſic ſanguis
neceſſarius erit ſeparatus a verbo:
qd' principaliter intendunt opinantes:
⁊ ſic nobis grauie imminet negotiuz
in fine huius opuſculi: ⁊ ut vulgo dr̄,
in cauda latet virus: ¶ Et quidez
ſi loquamur de ſanguinē in paſſione
de quo preſenue verſatur noua inter
ſeruos dei controuerſia: Sequen
tes doctrinaz .S. tho. om̄es has euad
unt facillime extremas anguſtias:
Aſſerendo vz q totus ſanguis in pa
ſſione effuſus neceſſarius erat: et
nil ſuperfluuz continebat: ¶ Sz
quia dn̄s. buonauen̄. in fine verborum
ſupra inductorum. dicit de circūciſio
ne agens: vel aliquid fuit de veri
tate: ⁊ illud reſurrexit cū xp̄o. ⁊
eſt in celo: ⁊ reſiduuz manſit: Vi
detur ex hoc mō loquendi: q in pellicu
la circūciſionis: vel in ſanguine tūc
effuſo, potuerit eſſe pars neceſſaria
⁊ pars ſuperflua: ⁊ ideo inueſtigandz
eſt quomodo poſſit hoc fieri: ut tol
latur om̄is penitus difficultas: qua
tenus et ſi eueniret in xp̄i ſanguinē
pro nobis in cruce effuſo aliquid admix

tum fuiſſe ſuperflui: nō per hoc concludi
poſſit, q totus ſit a diuinitate relic
tus: ¶ Melius .n. ſaperet qui pu
taret ip̄i neceſſariuz retineri ſuper
fluū, q ip̄i ſuperfluuz neceſſarium
abici: Sz neq: tutuz exiſtimo ſic ab
ſolute ūba iactare: Sanguis a xp̄o
in cruce effuſus, fuit a diuinitate
relictus ¶ Quia .n. indeſinite ſangui
nez audit, totuz intelligit: ⁊ cauſā
vilipenſionis acquirit: Tales ergo mo
dos loquendi: non approbo: ſz dico q
ſicut in prima aſſumptione, nulla pars
illius nature humane quā xp̄us aſſū
pſit, habuit umq: aliam ypoſtaſim,
q verbuz dei: ita in reſurrectione,
qn̄ reſumpſit partes que fuerant
ſeparate: nullaz reſumpſit que habui
ſſet umq: aliaz ypoſtaſim q verbū
dei ¶ Decuit .n. q om̄es partes per ſe
aſſumptibiles ab inuicez ſeparate in
ypoſtaſim unaz conuenirent: ⁊ propter
hoc habitudinez haberent, ut in ea
dez quoq: poſt modicuz aggregar
entur naturaz per glorioſam reſur
rectionez, in quaz ab exordio conue
nerant ſub una ypoſtaſi per gratio
ſaz incarnationez: ¶ Quomo
uō incōuenientia prius dicta euadi
poſſint. iam iam enucleabo: ⁊ fine
faciam: ¶ Occurrunt aūt m
hic duo dicendi modi ¶ Prim' eſt q ſe
paratione facta, ſtatiz pars ſuperflua
carnis aut ſanguinis a diuinitate re
linquitur: ⁊ nihilominus manet in eo
dem continuo cum parte neceſſaria, deo in hoc

preter comune legē operante: sicut in calice consecrato: Si n. aliqe gutte vini ei sup infundant, manebit in eodem continuo mixto ps. ale qua accidentuz in sba vini: 7 residuū manebit sine sbiecto: sic si unū corpus gstitueret de duobus metallis, esset unū continuitate: sm sp̄eẽz nō nature divisa: ut exemplificat S. tho. in iij. pte. q. lxxvij. artic. vij. Nec est hoc impole deo q numeret multitudinē stellaꝝ: 7 arenā maris: 7 pluuie guttas:

¶ Alius modus dicendi ēē posset: q facta sepatione carnis aut sanguinis mixti, extractio 7 supfluo, nō statim relinqueretur a verbo perss illa supflua, sz maneret in uno verbi supposito, usq: ad resumptionē que facta est in gloriosa resurrexione: Tunc n. xp̄us resumpsit quicqd adveritatez sui corpis ptinebat: residuū reliquit in suo nāli supposito: Sic de carnibus multoꝝ hoīz mixtis accidet in gnāli resurrex ne: quando sm vaticiniuz ezechielis. xxxvij. c. ossa ad ossa redibunt unuz qdqz ad juncturam suaz: Illo p suaz occultaz sapientiaz omia distinguente 7 numerante: cui sapientie non est nūs. Ipi honor 7 glā in Secula Seculoꝝ: —

— Laus deo : —

¶ Scripsit presbiter Andreas de Jeronimis Senensis civis artium professor. pdie. kl. marcij. 1466. Ab exemplare propii auctoris: eo et vivente eccꝉ: —

D E incarnatione: christi p quaerit, an neccē fuerit ad homis salutem, q deus filius incarnaretur: et sm hoc qua ratione: 2o. an neccē fuerit ad homis salutez, q incarnatus pateret: et si hoc qua ratione: 3o. quomō eius passio opet humanaz salutez generalem: 7 qua ratione: ~~sgnāliter~~:

¶ Ad pm sic ratiocinando dicit: Si deus nō incarnaretur et de grē ade, propositū dey de hoīz salute, esset frustratū, vel inexpletum: Sz ppositūz dey frustrari, vel nō impleri impole est: gº neccē fuit ad homis salute deum incarnari, et de grē ade:

¶ Secūda sic ordit: Si dey ppositū frustrat aut nō explet: hoc est aut quia nō pōt illud explere, q poīt oīpotentez, impotentez: aut quia vult: q ponit inmutabilez, esse mutabilem: que sunt impia 7 absurda: Quia in. ps. omia quecūq: voluit fecit: et Jac. p. Apud quē nō est transmutatio ecꝉ. Preterea superioris rōnis sic ordit vel pma. Si deus nō incarnaret, et de grē ade, homo post peccatuz nō sblimaretur ad equalitatez beatoꝝ angeloꝝ: Sz h fuit ppoītūz dei de humana salute. s. q sblimaretur ad equalitatē beatoꝝ angeloꝝ. gº si deus nō incarnaret ecꝉ. ppoītū dey de humana salute non impletur:

¶ Unde sic pz. h qd fiet de homie quo ad salutem ultimaz, propoītūz dey fuit de illa: quia nemo saluare pōt, n deus: n ipē quēquā saluat nisi ex ppoīto, 7 eterna sua pdestinatione: Sz h contingit de homie quo ad salutez ultimaz q p ficiatr angelis. btīs. Luc. xx. Neq: n. ultra mori poterūt, equales. n. angelis sūt, 7 filij sūt dey: gº hoc fuit dey propoītūz de humana salute: q homo sblimaret ad equalitatem beatoꝝ angeloꝝ:

¶ pma eiusdem rationis sic ordit: Si deꝰ non incarnaretur ecꝉ. nō fieret gcrua satisfactio, p humano peccato: Sz si nō fieret congrua satisfactio pro humano peccato, homo nō sblimaretur ad equalitatez beatoꝝ angeloꝝ: gº si deus non incarnaretur homo post peccatuz nō sublimaretur ad equalitatem angeloꝝ bonoꝝ: Huiꝰ rōnis pmo ordi debz 2a. ppō. demū pma: pmo gº ondo q homo nō posset saluari nisi satisfieret pei. s. peccato: 2o q non sublimaretur ad equalitatez beatoꝝ angeloꝝ n congrue: pm sic: Si non fieret satisfactio oīo, remaneret peccatuz impunitū: 7 i inordinatuz: quia recte ordinare peccatuz, non est n punire: 7 sic aliqd inordinatuz in universo dimitteret: qd nō pōt esse: Quia ordo divine institutionis, 7 or

Marginal notes:

.ps.

Jac. p.

Qa nemo saluare pōt n 7 q nemiez saluat n ex

.Luc. xx.

Qa satisfactione nō facta p remanet impunitum :

Qa pecm ordinare: est ipsum punire : —

Qa dey propoītūz impole est nō impleri. vel frustrari : —

Qa dey incarnatio neccē fuit. et de grē ade: ad humanaz salutez

Primū dey ppoītūz de incarnatione p humana Salute : —

do diuine ultionis, omīa complectū
tur: Item ſi peccatū dimictere
tur oīo impunitū, ſilr̄ eſſet apud de
um peccanti ⁊ nō peccanti, q̄d non decet
ſūmā iuſtitiam: ⁊ quia nō decet,
impoſſibile eſt illi: quia q̄ntulūcūq; paruū
inconueniens impoſſibile eſt deo, ut dicit
Anſelmus. li. p°. cur deus hō. c. lxx°. — dey impotentie. Anſelmus.
Item ſi ita eſſet liberalior, eſſet iniuſ
titia, q̄: iuſtitia hōis: quia iuſtitia
eius eſt legi ſubdita: ut ſc̄m eius q̄ntita
tē ei retribuatur: et iniuſtitia que nō
punitur, ab hac ſubiectione libera eſt:
Item. ſi ita eſſet. iniuſtitia eſſet deo ſi
milis. qui nulli legi ſubiacet, ⁊ liberior ē
q̄: nr̄a iuſtitia: Item. 4or. rōnes ſup
te ſt. li. j. cur deus. homo. c. 12. Item
q̄nto dignior eſt aliquis, tanto iniuſ
tius leditur: honor ei debetur ul' debi
tus, ul' diminuitur: Sz q̄nto iniuſtius
leditur eius honor, tanto iuſtius talis
leſio punitur: Cū igitur deus inifini
tum omibus alijs dignior, infinitū
honori eius iniuſtius detrahitur ali — peccatū ledit debitū deo
quid q̄d ptinet ad honorē eius: Sz pe — morē :~ et quare :~
ccatū ledit honorē deo debitū, quia
ipſi debetur obedientia plena: ⁊ pecca
tū eſt tranſgreſſio contra: cū g°. in
decens ſit ſūme iuſtitie, tam iniuſtā
inhonorationē dimictere impunitū,
oz q̄ puniat eam: ⁊ hec ratio pōt
trahi. ali. p̄mo: Cur deus ⁊ homo.
c. 13. Et hys patet ſatis q̄ homo nō
poſſet ſaluari ni ſatiſfieret p pecca
to eius: punitio. n. eſt aliqua ſatiſfac
tio: quod oſtenſum eſt de punitione: — punitio eſt aliq̄a ſatiſfactio :~

⁊ ſimilr̄ de ſatiſfactione: Sequitur:
Deinde oſtendo q̄ nō poſſet ſublimari
poſt peccatū ad angelorū equalitatē,
ni congrua fieret ſatiſfactio: ⁊ ſic inde
cens ⁊ iniuſtū uidetur male merente
ſine congrua ſatiſfactione parificari
optime merenti: ⁊ ita hominē pec
catorē, angelo beato: Sz ſi indecens
⁊ iniuſtū eſt, nō eſt deo poſſibile. Ite
ponamus p impoſſibile angelū qui nūq̄:
demeruit: ⁊ hoiēz qui peccauit,
⁊ nō congrue ſatiſfecerit, ſatiſfaciat
ſimul in glā, numq̄d equales erunt,
cum inde nūq̄: nullū fuerit delictū:
h aūt delictū uel ſc̄m totū: uel ſc̄m
aliq̄d nō recompenſatum, nō uidetur
intelligibile: Item ſi nō eſſet
congrua ſatiſfactio oporteret relin
qui peccatum aliquatenus inordina
tum: cū ſc̄m ordinē iuſtitie oporte
at menſuram eſſe ſatiſfactionis, ſc̄z
menſurā peccati: ⁊ h eſt deo inde
cens: ⁊ ideo impoſſibile. Item q̄: diu
homo nō congrue ſatiſfaciat, non uult
ſatiſfacere: ⁊ iniuſtus erit: aut uolet
ſz non poterit: ⁊ indigens erit: q̄rū
neutrū ſtat cum beatitudine an
gelorum: ⁊ ita pz q̄ nō poterit ul' po
tuit ſublimari ad equalitatē beatorum
angelorum, ni interueniente congrua
ſatiſfactione: Iſte rōnes elicuntur. li.
j. cur deus ⁊ hō. c. 19. et 20. in fin. et
c. 24. Xpſus. Silr̄. ſi. Conſeq
nter oſtendū q̄ ſi deus non incarna
retur de gnē ade: nō fieret congrua ſa
tiſfactio p humano peccato: Sic: ſa

Qualr̄ ordo eſt iuſtitie, q̄ ſc̄m peccati q̄n
titatē, ſit ſatiſfactionis menſura :~

Q nō ſatiſfacere: ⁊ incongrue ſatiſfacere, parificat :~

Q ſi deus nō incarnaſſet de gnē ade,
nō fuiſſet congrue ſatiſfactū :~

tiſfactio pro humano peccato nequit
fieri ni p deū: congrua aūt eſſe nō pōt
ni p hoiēz de gnē ade: ⁊ ita ſi aliquid de
bet ſatiſfactionē congruā, oz q̄ ille
ſit deus ⁊ homo de adā, ⁊ ita oporte
bat q̄ deus incarnaretur de gnē ade:
Q ſatiſfactio p humano peccato,
nequeat fieri niſi a deo, ſic pz: nō
ſatiſfit p hoīs peccato, ni reddat aliq̄d
maius q̄: ſit illud p quo peccatū fa
cere non debuerat: Sz peccatū nō
debuit feciſſe p conſeruanda uniu
ſa creatura: etiā ſi infiniti modi mul
tiplicarent pleni creaturis: g°. non
ſatiſfit: pro hominis peccato: ni reddat
aliq̄d maius q̄: ſit tota creatura, et
ſi infiniti modi multiplicarent pleni
creaturis: h eſt rō. Anſelmi. li. cur
deus ⁊ homo. c. 21. ex quibus conſtat
q̄ ſolus deus potuit hanc ſatiſfactio
nē facere: Item. nō ſatiſfit
p culpa aliqua: niſi reſtituat ablatū
⁊ aliquod amplius p iniuria: ſz hō
p peccatū in totū gnūs humanum
traductū, abſtulit deo uerū hoiēm
p ordinatū ad complendū celeſtē
ciuitatē: quia cū peccato nullus
illuc aſſumi poterit: g°. ſatiſfactor
eum oz tantū uerum humanū gnūs iuſ
tificatum deo reddere ad celeſtis ciui
tatis complectionē: Sz hoc nullus pōt
ni deus, quia ſolus pōt iuſtificare: g°.
ſolus deus pōt reddere q̄d peccato
ade ablatū eſt: g°. ſolus deus ſatiſfa
cere pōt: hanc rationē elicere po
tes. de anſel. li. j. cur deus ⁊ homo.

Q p hoīs peccato nō erat ſatiſfactū, ni aliq̄d pluſ
redderet ul' maius q̄: ſit illud p q° peccatū non
debuit facere :~

Ad quid uerus homo fuerit a deo apri° p ordina
tus. ⁊ a quo p peccatū intm̄ humanū gnūs ablatus :~

Q ſolus deus iuſtificat: ⁊ p nobis ſatiſfaciat :~

c. xj. et. 23. Huic ſatiſfactioni: q̄ opor
teat reddi. quod ablatū eſt, ⁊ amplius.
conſonat. Lex diuina. exo. 22. Siquis
furatus fuerit bouē: uel ouē ⁊ occi
derit uel uendiderit. quinq: boues
p uno boue reſtituet: ⁊ quatuor oues
p una oue: Item qui debet p aliquo
delicto ſatiſfacere ſuo ul' alieno, oz ali
quid dare, q̄ ante delictū nō debe
batur, ſi forte ante delictū debebatur
aliquid illi cui ſatiſfaciendū eſt: Sz
hoc nullus facere potuit p hoīe ni deus.
Angelus. n. nihil dare potuit p hoīs — Q angelus p hoīs peccato nihil
peccato, ut uidetur q̄ nō eſſet debitū: q̄: — dare potuit :~
uis homo nō peccaſſet: Angelus. n. de
buit deo omnē obedientiā, ⁊ pfectam — Quid angeli deo debeant
iuſtitiā ac pſeuerantiā: et idē de — et ante hominis lapſū :~
buit ante hominis lapſū: Sz quid
potuit angelus ſpondiſſe p humano
peccato, niſi obedientiā: iuſtitiam:
⁊ miniſteria. ⁊ huiuſmōi. Eodē — Q homo poſt peccatū nihil
modo uidetur ⁊ de homine q̄ nihil ha — q̄d deo offerret, q̄d ante ei nō
buit poſt peccatū, q̄d deo offerret,
ni quod ante peccatū debuit: Ne
forte dicatur q̄ ante peccatū, nō tene — Verū homo ante peccatū ad l
batur ad lamenta: gemitus: fletus. — ⁊ gemitus teneretur, ⁊ opa p
⁊ huiuſmōi opera penitentie: ⁊ illa poſt
peccatū potuit offerre: Sz iſtud nō
ſatiſfacit: quia ante peccatū, debu
it oīōdam iuſtitiam lamentari: et
p peccatis commiſſis ⁊ opa penitentie fa
cere iuſtitia eſt: ergo ⁊ hoc facere de
buit aliquomō ante q̄: peccaret: nō
quia tunc peccaſſet: Sz quia poſſibile
fuit eū peccare: ⁊ ipſē ante peccatū
hoc debuit. ſ. q̄ ſi peccare contingeret

lamentaret: Item ħ penitētia nō ſolui
tur ſaluo debito: ecꝯ. homo obligabatur
ante peccatū: quia tūc tenebat̃ ad ꝑfec
tam iuſtitiam ⁊ in ea ꝑſeuerantiam:
Sꝫ hanc iam peccator nō pōt ſoluere:
exquo g° nͨ angelus. nͨ homo pōt ꝑ hōis
peccato offerre ſatiſfactioni: ꝙ ſi inpec
cato nō debebatur, ⁊ hoc ſaluo debito
qd̄ precessit peccatū: reſtat ꝙ ſolus deꝰ
hoc poſſit, qd̄ impōle nō eſt: Cō
ſequenter oſtendendū eſt ꝙ congrua
ſatiſfactio, nequit fieri, niſi ꝑ hoīem,
de adā: Et ꝑmo non niſi ꝑ hoīē: ꝑm
ad hoc eſt: quia ꝯgruū eſt ꝙ ille q de
liquit ſatiſfaciat: ⁊ qui deū ħ hono
rauit honoret: et qui a diabolo uict͠
eſt, ipē uincat: vñ Anſel. li. vj. cur
deus hō c. vj. Ꝗ nō debꝫ facē ſatiſfac
tionem iſtam ni homo: licꝫ det̃ ꝙ angelꝰ
⁊ ſatiſfaceret: ⁊ hoc poſſit: Ad hoc iſtud
nō ꝯgruit: Quia homo liberatus nō
minus tenet̃ ſuo liberatori, q̄: ſuo cre
atori: homo g° ſic liberatus ꝑ angelū,
adorabit angelū ſuꝑ̈ ſe ut dominū
⁊ liberatorem ſuū: g° nō erit par an
gelis: quod eſt cōt̄ dei eternū ꝓpoī
tum, ut ꝓbabitū eſt: nͨ erit īmēte
ſi deo: ⁊ ſi ſolo deo ut ꝯditus erat: et
ad quod ꝯditus erat: ⁊ ita nͨ ꝑfecte reꝑ
atus erit: hoc mō etiā adſtat aīi cul
pam, qn̄ ſi ſolo deo erat: Item ex
quo negotiū huiꝰ oī liberationis hūit
neceē diſpenſari tēꝑalit̃: ⁊ in eternita
te nihil eſt tēꝑale: reſtat ꝙ hāc ſatiſfac
tionem nequiuit facē, niſi ꝑ aſſump
tam creaturam ꝑ quam tēꝑalem diſpen
ſatione oꝑaretur: ſꝫ hoc nō debuit ꝑ an
gelum ꝓp̄ rationem ꝑmiſſam: g° ꝑ homi
nem: Deīn oſtendendū ꝙ fieri
debuit ꝑ hominē de genē ade: Congru
ebat .n. iuris ordine, ut ille idem qui
peccauit ſatiſfaceret uel aliquis de
eius cognatione: vñ Anſel. l. vj. cur
deus ⁊ hō c. viij. Sic rectū eſt ut pro
culpa hōis, homo ſatiſfaciat: ita neceē
eſt ut ſatiſfaciens idem ſit qui pecca
tor: aut eiuſdem generis. Cum igit̃ adā
pſe ſatiſfacere non potuit. ut pꝫ ex
premiſſis: Reſtat ut aliquis ſui generis
debeat ſatiſfacere: ⁊ hoc ꝯgruit legi
Leuitic. 27. Si inualuerit apud
uos manꝰ aduene, ⁊ peregrini: ⁊ at
tenuatus frater tuus uendiderit ſe
aut aliq: de ſtirpe eius poſt uenditio
nem, pōt redimi, qui uoluerit ex ſuis
fratribꝫ redimet eum: ⁊ patruus ⁊ pa
truelis: ⁊ conſanguineus ⁊ affinis:
Item ꝯgruum fuit, ut ſicū homo pecca
tum ⁊ mortem inducens fuit de eadē
.ſ. eua. de qua. ecc. 25. A muliere in
itiū factū eſt peccati: ⁊ ꝑ illā omēs
morimur: ⁊ ita homo peccatū tollens
⁊ mortē de adam eſſet: Itē cū
hōis ortus quadruplicat̃ intelligibilis
ſit. ſ. de mare ⁊ femina: de neutro
hm̄. exquo ꝙ in genē ade tres hoꝝ
uidemus. ꝯgruit ut in eoꝝ ſit quar
tus: Item ſi deus aſſumpſiſſet ho
minem aliunde factum ad redimendū
genus ade, non repararet genus inte
gre ad omīmodam dignitatem, quam
habiturus erat, ſi non peccaſſet: qꝫ
iam ſuꝑ̈ ſe haberet, non ſolum naturā
diuinam, ut ante peccatum: ſꝫ etiam
humanam alterius generis: ⁊ ita neq:
ſtatum parem angelis bonis haberet
in uniuerſo qui ſuꝑ̈ ſe nō haberent
aliam nām quam diuinam: Loquor .n.
mō de ordine nāꝝ. ꝑm ꝙ huiꝰ. et
ita uidet̃ dei ꝓpoītum defeciſſe:
Itē eo mō debuit deus hoc negotium
ꝑ hoīem complere quo maxime glori
ficaretur diuina potentia: ſapientia
⁊ bonitas: ꝑm hoc potius ꝯtingit ꝑ
hoīem de ꝓpagine peccatrice aſſump
tum, q̄: aliunde: vꝫ factum: Magnifi
centius .n. eſt de materia deſperata,
magis oꝑari, q̄: de materia incontā
minata: Sic etiā dat̃ homīi uł demoī
occaſio detrahendi diuine oīpotē
tie, tāq̄: nō poſſet ꝑ hoīem de genē ade
ſumptum, genus ade liberare: ſꝫ aliūde
aſſumpſiſſet hominē ad hoc opus: Sic
etiam tollitur calumpnia diaboli, qua
poſſet dicere ſe ꝑ aliud ⁊ fortius genꝰ
uictum, q̄: ꝑus uicerat: Item ſi
deus indidit tam nature q̄: arti, ut
potius faciat quod intendit ꝑ unū q̄:
ꝑ plura, ſi poſſibile ſit: ſequit̃ ſi ars
eterna, a qua deriuant̃ omēs leges,
recte, tam nature q̄: artium tēꝑaliū,
Simil̃r faciat: ⁊ ſic pꝫ ꝙ de ade genē
debuit homo aſſumi ad liberationem
generis eiꝰ: Iam g° euidens ē
ꝙ ſatiſfactio non potuit fieri ni ꝑ deū,
nͨ iſta ꝯgrua ni ꝑ hoīem: ⁊ ita debuit ⁊
ꝯpotuit fieri ꝑ deum hominem .i. ꝑ eun
dem in ꝑſona qui eſt deus ⁊ homo: Non
.n. pōt dici ꝙ deus faciat ſatiſfactionem
⁊ ħ ſolum addat ꝯueniētiam: eꝫ .n.
hoīem eſſe qui ſatiſfactionem faciat ut
pꝫ ex ꝑmiſſis: ⁊ ita eum unꝰ ⁊ idem ſit
qui ſatiſfaciat in hoc admirabili ne
gotio: unꝰ et idem erit deus ⁊ homo:
Iam reſtat actendere: quare potiꝰ hoīem
filius induit q̄: pater: uł ſpūs .S. aut
trinitas: Sꝫ facile eſt uidere ꝙ tota
beata trinitas nō potuit eandem nām
humanam aſſumere in aliquam uni
tatem, quā faciāt deum hoīem: ⁊ hoīem
deum: hoc .n. nō pōt imaginari,
ni ꝑ unionē in nā, uł ꝑ unionē in ꝑſō
na: ꝑm eſt impōle tum quia diuina
natura inmutabilis eſt oībꝫ modis.
tum quia nā humana nō eſt muta
bilis in aliud genꝰ. rē. ni in illa ex qbꝫ
componitur: ⁊ ideo nō potuit fieri
una natura, ex diuina nā ⁊ huma
na: 2m. et eſt impōle Si .n. tota btā
trinitas aſſumpſiſſet humanā nām
ſingularem in unitate ꝑſone: tūc ſin
gule ꝑſone illam ſic aſſumpſiſſent:
⁊ poſſent tunc dici demoſtrato illo
homīe: Item eſt pater iſte: ⁊ iſte eſt
filius: et iſte eſt ſpūs .S. et iſte eſt hō.
⁊ iſte eſt homo: Ex quo ſequntur duo
inpoſſibilia: Unū ꝙ unꝰ ſingular
is homo erit plures ꝑſone nūo: Ali
ud ꝙ tres ꝑſone diſtincte inter ſe et
ab inuicem erunt una in nūo:
ꝑm pꝫ ex hoc. ꝙ iſte ſingularis homo
eſt pater: ⁊ ipē idem ē filius, ⁊ idem
adhuc eſt ſpūs .S. qui ſt tres ꝑſone:
2m. ex hoc: ꝙ ꝑ quocūq: ſupponit iſte

homo, ſupponit 7 quelibz perſona: 7
ita cu3 iſte homo ſit pater, ipē idem
erit filius 7 ſpūs S. Et cū iſte homo ſit
filius, ipē idem erit pater: et ſpūs
S. ipē idez erit patr 7 filius: 7 ita unꝰ
7 idez erit pr̄ 7 filius 7 ſpūs S. Et
ita multe pſone erunt unica nūo:
Cu3 igitur iſta ſit euidentia incon
ueniencia, pz qꝫ tota trinitas nō po
tuit aſſumpſiſſe eandem natura3
in aliqua3 unione3, que faceret deū
hoīe3 7 eqūſo: Vn̄ recte dicit anſel.
li. vij. cur deus 7 homo. c. vij. qꝫ plu
res pſone nequeūt unū eūdemq;
hominē aſſumere in unitate pſone:
Quare in una tm̄ pſona h' fieri eſt
neccē: Sz ſi pſona patris aſſumpſi
ſſet hoīe3 in unitate3 perſone, ſeque
retur pſonaliu3 proprietatu3 con
fuſio quia idez foret pater et filius.
ſ. pater filij dei 7 filius uirginis: Ite
ſequeretur: qꝫ una pſona eſſet digni
or alia, ſm̄ pprietate3 natiuitatis: qꝛ
dignior eſſet natiuitas filij dei, de
deo, qꝫ eſſet natiuitas pris de homie.
Itē tunc ſm̄ aliquā pprietate3 eſſet
deus filius dignior ſuo prē: Item tūc
in pſonis diuinis eſſent duo filij: et
p ꝯñs duo nepotes: quia deus pater
eſſet filius uirginis: 7 nepos paren
tu3 uirginis: Eade3 omia ſeque
rentur ſi ſpūs S. fuiſſet incarnatꝰ.
excepto qꝫ non forent duo nepotes:
Cum igitur h' omia ſint in pſonis di
uinis inconuenientia, ubi dicit eſſe ſū
ma, ſūma ſimplicitas, 7 ſūma eq̄

litas: reſtat ut illa pſona incarna
ri debeat in quo hec omīa inconueie
ntia uitant. ſ. filius. quia ut dicit
anſel. de incar. uerbi. c. vij. ubi
de hac mā agit, qꝫ in filibz paruu3
inconueniēs inde impoſſibile eſt: Ite
cu3 incarnatio pſone diuine ſit eui
dens miſſio, magis congruū eſt illa
pſona3 incarnari que de alio eſt,
qꝫ patre3 qui nō eſt de alio: Dignꝰ
.n. eſt qui eſt prīm̄ aliorꝫ 7 auctor
mictere, qꝫ micti: Ite3 cū pſona
incarnata p homīe debeat aduoca
re: interpellare: magis congruu3
eſt illa3 pſona3 hoc facē que eſt de
alio, qꝫ que eſt principiū ſine principio:
Decentius .n. eſt perſonā illā int
pellare que origine3 hab3 ab alia,
qꝫ que eſt alijs origo: Sz nullus digni
us nc honorificentius mictitꝰ a pre,
ad hoſtes regni expugnandos: 7 ſuos
ſeruos liberandos: qꝫ filius eorꝫ dē,
dnī 7 naṫlis hēres: nec aliquis effica
cius aut decentius prē3 pſuis inter
pellat qꝫ filius unigenitus 7 ꝯſiſtē
nalis: Ex quibꝫ omībꝫ ſequit
qꝫ deus filius p homīe liberando in
carnari debuit: h' pro parte hētur
in epla. anſel. de incar. uerbi. c. vij.
7 in. li. vij°. cur deus 7 homo. c. 9. Ex
hijs ſoluta eſt pma. qō.
// Ad 2am ſic: Si lapſus 7 releuatio
deberet fieri modis oppoſitis: ſic egro
tatio 7 ſanatio: g° ſimilit modis oppo
ſitis fieri debent debitu3 7 ſatiſfac
tio: Sz delictu3 ade factu3 eſt ad dei

in honoratione, uincente ipo dyabo
lo, temptatione facillima: g° ſatiſfac
tio deb3 fieri ad dei honore3, uincen
do dyabolu3 in temptatione difficilli
ma: Sz nulla pōt eſſe temptatio gra
uior, qꝫ illa que morte3 infert: g°
p huiōi fieri debuit hec ſatiſfactio:
Et h' eſt rō anſel. li. vij. c. xj. poſt
mediu3: Item eo modo debuit
potentiſſimꝰ 7 ſapientiſſimꝰ 7 optimꝰ.
p homīe ſatiſfacere, quō melius 7 effi
cacius conſequeretur propoitu3 inte
tum de hoīe. ſ. homīs ſalute3 eternā:
Sz nō fuit modus melior nc efficacior
ad hoc qꝫ pro iuſtitia ad homīs refor
matione3 certari uſq; ad mortem:
cum .n. neceſſariū ſit, tūc potuit
h' magis homīi infirmo ſuaderi, qꝫ
ex l'. dei: Item cū ſit homīi ne
ceſſariu3 ad ſalute3 deu3 omībꝫ et
ſibi pponere, nullo mō efficacius h'
pſuaderi potuit cū effectu qꝫ deus p
homine honoraret: Item cū ſit
neccāriu3 homīi ad ſalute3 humiliari
nullo mō potuit hoc efficacius pſua
deri, qꝫ p dei humiliatione3: Ite
cu3 ſit neccāriu3 homīi ad ſalute3 ex
amore credere ueritati geſte circa
ſuam ſalute3 7 firmiter diuina pro
miſſa ſperare: hoc nullo modo po
tuit efficacius ſuaderi, qꝫ p morte
dei incarnati: Percipiens .n. homo
deu3 gratis tantipendere uile3 hoīe3
accenditur amore ut credat: 7 pa
piens qꝫ homo uilis tanto qꝫ gratis
tantipenditur ſic exigitur ut fide

liter 7 fortiter expectet diuina pmi
ſſa: igitur cum in hoīe ēē aliquod ꝯmo
du3 negotiante repꝛehenſibile eſſet mi
nus efficacit facere qꝫ poſſet, ſm̄ con
moditates rerꝫ concurrentiu3: mlto
fortius in deo qui eſt ſūme bonꝰ: ſu
me ſapiens: 7 ſūme potens: ſm̄ hoc
eſt impoſſibile. ſ. qꝫ aliquid repꝛehenſibile i
deo inueniatur: g° optimo 7 efficaciſ
ſimo modo ad homine3 ſaluandum,
debuit deus hoc negotiu3 expedire:
7 hoc ut oñſum eſt p morte dei incar
nati: Item ſatiſfactio xp̄i deb3
eſſe talis qꝫ tollat ab hoīe mortis debi
tum 7 acquirat ei uitam indebitā:
ſ3 hoc nō uidetur rationabilius debē
fieri, qꝫ p ſpontaneā 7 indebitā mō
tis ſuſceptione: 7 ſpontanea3 7 indebi
tam uite depoſitione: Mors .n. inde
bita ſponte ſuſcepta, p morte debita
deb3 ſatiſfacere: 7 depō uite indebita
ſponte facta, deb3 uitam mereri inde
bitam: g° uidetur qꝫ xp̄us. nō aliter rō
nabilius debuit ſatiſfacere, qꝫ mor
iendo: Cū autem xp̄i mors fuerit
indebita inde ꝯſtat, qꝫ ſine peccato
fuit: Mors .n. pena peccati eſt: unꝰ
qui nullū peccatu3 habet uel hūit,
mortis debitor non fuit: Ex
hijs talibꝫ rōnibꝫ uidetur qꝫ congruitas
negotij 7 utilitas hominis liberādi
requirebant. qꝫ p morte3 mediatoris
p nobis ſatiſfieret: quo ſuppoito uidetur
qꝫ oportuit eū p nobꝫ mori: oportuit
xp̄m de ſemetipō p nobis ſatiſfacere:
ſ3 hoc nō potuit, niſi moriendo: g°

pro nobis oportuit eum mori: ¶ Secundo sic
obicitur: oportuit satisfactorium esse
manus omni creature: Sed nihil tale fu
it ex parte christi: 2a sic qui offert aliquid
ad satisfactionem, a se dimictit vel de
ponit quod offert: Sed christus ipse non
habuit satisfactorium quod a se dimi
ctere potuisset vel deponere, nisi vitam
corporalem humanam: ergo illam offerre
debuit in satisfactione pro homine:
¶ Prima pars 2e declaratur sic: christus nihil ali
ud videtur habuisse satisfactorium nisi
divinitatem et humanitatem, et gratie
et veritatis plenitudinem: Divinita
tem autem a se deponere non potuit: Sed nec
gratie et veritatis plenitudinem potu
it deponere manente unione divinita
tis: maxime cum haberet eam secundum sta
tum scilicet qui est status confirmationis:
ergo oportuit deponere humanitatem
aliquo modo: Sed hoc non potuit esse per depo
sitionem humane nature ab unione cum
divina persona: quia non decuit deum
semel assumptam naturam in consortium di
vine persone sine culpa deponere: et
quia non decuit deo, non fuit possibile
ergo restat quod deposuerit humanitatem
alio modo scilicet quod ad vitam carnis per separa
tionem anime a carne: ¶ Huius forte
aliquis obiceret quod potuit abstulisse mor
talitatem per hominis liberatione: quia
hanc habuit: et hoc per mortem mediam,
sed transeundo per immutationem in gloriam
et ita non sufficienter videntur munita quod
christus debet offerre potuit, et deponere:
¶ Item videtur perfectam rationem quod non de

christus divinitatem a se deponere
non potuit: nec gratie et veritatis
plenitudinem, unione divini
tatis manente:

aut eum deponere vitam carnis: quia
semel assumptam non decuit sine culpa
deponere: ut iam nunc dixi: ¶ Item
si debuit culpa, vitam corporalem offe
rre, et a se dimictere, hoc potuit aliter
quam per mortem: Aliquis enim offert se al
teri servum: et tunc alteri offert vitam
suam, et ipsam a se quodammodo deponit
quia aliene potestati tradit, nec tamen
a se moriendo deponit: ¶ Ad primum
dicendo quod mortalitas assumpta non
fuit satisfactoria pro hominis peccato,
quia mortalitas que fuit ante pecca
tum, naturalis fuit, et nullius meriti. secundum
quod talis, et homo illam ex natura debebat,
et hec non credo fuit in christo. ¶ Item
mortalitas que fuit post peccatum,
pena peccati fuit, iudicialiter et invito
inflicta et non satisfactio: ¶ Item si christus
per mortalitatem assumptam satisfacere
potuit: ergo statim in sua incarnatione
satisfactum fuisset sine aliquo opere ex
teriori meritorio et passione: quod non
est verum ut videtur: ¶ Ad 2m quod
aliter assumpta est humana natura: et
aliter vita carnis humane: quia illa
in mete et numquam deponenda: hoc autem
mete natura vivente, et aliquando deponenda:
et causa est quia depositio vite corpora
lis virtutis erat: Sed depositio assum
pte nature, non fuisset virtuosum: quia
saperet crudelitatem: Item illa pro
fuit ad liberationem hominis: Sed ista
prodesse non potuit: Quia autem de
posuit naturam assumptam, simpliciter
ut iterum resumendam: et hec non causasset

quia sic non fuisset satisfactum: Aut de
posuisset ad tempus: et hoc fuisset inuti
le, et forte nocivum homini: Et ideo a
deo fieri non debuit: Ideoque depositio
nature non debuit fieri, ubi culpa
non fuit: quamvis depositio corporalis vi
te ibi fieret: ¶ Ad 3m quod quis illo
modo vitam suam alicui offert non habens
illam offert, sed sic non potuit christus vitam
suam deo offerre quia non habens illam:
Item qui sic vitam suam offert aliene
potestati eam subicit, et de sua potestate
deponit, quod non potuit christus qui erat
deus et omnipotens facere: neque potu
it enim aliene potestati vitam suam offe
rre: in eo quod eam deo obtulit: neque a
sua potestate alienare quia erat omnipo
tens: ¶ Item cum oportuerit de se
metipso christum satisfacere, hoc oportuit
fieri per oblationem alicuius, preter quod non
debuit: et quod homo ante peccatum non
debuit: et quod redderet salvo debito quod
homo debuit salvo debito ante pecca
tum. Sed nihil tale videtur esse nisi mors
christi: Iustitiam enim et obedientiam et perseuer
antiam, et huiusmodi alia debuit christus: quia
peccator non fuit: nec homo ante pecca
tum eam debuit: hanc potuit christus
reddere salva iustitia quam homo de
buit ante peccatum: Solvit enim simul cum
morte iustitiam obedientiam et perseuer
antiam plenissime et multo abundan
tius quam homo eas debuerat ante pec
catum: ¶ Hic forte obiceret ali
quis quod christus videtur debitor fuisse mor
tis, quamvis non habuerit peccatum:

Eius enim quis debitor est, quod quis iure
poterit exigi ab illo: Sed christus mortalis
fuit et habens necessitatem moriendi.
ut habetur Sen. li. 3. di. 16. c. 1. Et quod
talis est iuste potest ab illo mors exigi:
Item christus debuit patri obedientiam,
et pater voluit eum mori pro nobis:
quia pro nobis omnibus tradidit illum. Ro.
viii. ergo debitor huius videtur fuisse scilicet
quod moreretur pro nobis: ¶ Item per dictam
rationem posset dici, quod quelibet minima
lesio a christo passa, vel iniuria posset
pro genere humano satisfacere: quia illam
non debuit per se: nec homo ante culpam,
et eam offerre potuit salvo toto debi
to quod homo ante peccatum debuit:
quod non: ¶ R. ad 1m dr. quod qui
habet necessitatem moriendi ex causa
defectiva intrinseca debitor mortis est,
et ab illo inde vel iure exigi potest, etiam
invito: Sed qui habet necessitatem hanc
ex defectu extrinseco solum, non est quod ipse
sit debitor mortis: Sic fuit de christo quod
assumpsit naturam nostram, secundum statum
in quo condita fuit: Sed sponte a se ad
movit duo presidia extrinseca que
possent vitam perpetuasse scilicet lignum
vite, et divinam tuitionem, a violentia.
sine quibus non potuit vita perpetuari
homini, etiam si sine peccato stetisset:
Inde etiam recte dicitur, quod christus assump
sit necessitatem moriendi sponte: sed non
accipit ex necessitate sicut nos: Sic ad
hoc dices si habuit necessitatem morien
di, non potuit non mori, et si non fuit
mortis debitor, potuit non mori,

quomodo ergo ſimul ſtant, quod potuit non
mori: et quod non potuit non mori: Respondeo.
non eſt hic contradictio, quia non ſecundum idem
et eodem modo, quia non poteſt non mori,
ex hoc quod eſt armatus aliquo uite et aſ-
ſidio tuitionis diuine: et poteſt non mo-
ri ex hoc quod habet naturam reparatam ad
ſtatum primum preſertim cum eſt quod poteſt non
mori per accidens quod non poteſt non mori:
Illud enim ex natura eſt, iſtud ex uoluntate:
Videtur autem ſecundum anſel. dicendum quod po-
tuit non mori ex omnipotentia: et quod
neceſſe habuit mori ex nature neceſſi-
tate ſponte aſſumpta: quia ipſe ac-
tribuit hoc ſue omnipotentie quod potuit
non mori. Li. ij. cur deus homo c. xj.
Sed talis ratio innuit quod xpiſtus aſſum-
pſit carnem noſtram cum morbida quali-
tate homini per peccato poſt inflicta: quod
non puto uerum eſſe: ¶ Ad 7 quod hic
eſt fallacia accidentis. xpiſtus debet obe-
dire omni uoluntati patris: Sed una uo-
luntas eſt eius, quod xpiſtus moriatur: ergo
xpiſtus debet obedire huic uoluntati patris
ut moriatur: Prima enim intelligen-
da eſt de omni uoluntate patris per ſe de
filio: debet enim obedientia in omni eo
quod eſt: primo et per ſe terminus uoluntatis
patris circa ipſum. et hoc obedire. ſecundum anſel.
li. 1. cur deus homo c. 9. Conſiſtit
in hoc, quod ueritatem et iuſtitiam uiuen-
do et loquendo indeclinabiliter teneat:
et hanc debet omnis rationalis creatura
deo. ¶ Secunda non eſt uera niſi de uolunta-
te accidentali: non enim eſt mors xpiſti
per ſe terminus uoluntatis diuine: ſed

per accidens: Ideo enim dicitur uelle pater
mortem filij, quia nolebat genus hu-
manum aliter ſaluari niſi faceret homo
aliquid tam magnum ad honorem dei
ſicut erat mors illa: quia hoc poſcebat ratio
et hoc nullus potuit facere niſi filius per
mortem ſuam: ¶ Item dicitur pater
uelle mortem filij, quia cum poſſet
noluit eum liberare: ¶ Item quia
filius omnem bonam uoluntatem habuit
a patre, et ſic iſtam qua uoluit pro homine
liberando mori: et propter dictas cauſas
uel rationes dicitur pater filium tradidiſſe,
et non quod cogeret eum ad mortem quaſi in-
uitum, aut quod per ſe terminaretur uo-
luntas eius ad mortem filij: ſed ad ali-
quid terminatur uoluntas, cui mors
xpiſti eſt annexa uel ſequens: hec eſt
ſumma anſel. li. 1. cur deus homo c.
9. et x. Ex hijs patet quod non ſequitur
hec concluſio: xpiſtus debet obedire huic uo-
luntati patris ſcilicet ut moriatur: quia hec
non eſt uoluntas patris niſi per accidens:
Item dato quod pater uelit mortem fi-
lij pro ſalute noſtra: quia hoc predeſtinauit
fieri, non ualet hec ratio, pater uult
quod filius mortem ſoluat pro homine: ſed
filius eſt debitor eius quod pater uult
eum ſoluere: ergo filius eſt debitor mor-
tis pro homine: Eſt enim figura dictionis
ex commutatione quid in quomodo:
